

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0002-4

## AD LECTOREM.

Huc huc q̃squis es improbior cui ſuadet erinnys
Corporis acceſſum ſanguinis atq; ſacri
Quiſquis et in ſeram cõmiſſa piacula mortem
Differs: Theſiphone quod (mihi crede) facit
Huc ades, iſta legens liber hic curabit vtroſq;
Si modo tot monitis remq; fidem gerant.

# Libri tres.

De mirabilibus eukariſtie et acce
dentiũ eã: probatione.

Primus de viginti quattuor mirabilibus eukariſtie

Secundus de peccatis in vniuerſali cognoſcendis

Tertius de peccatis in ſpetiali confeſſione diluendis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0003-0

## CONRADVS WIMPINA DE FAGIS SVis Francophordianis: Salutem.

Accedere quiſquis voles Euchariſtie ſacramẽtum pro diui Pauli mõitis: probere: oportet. At id vt q̃ parabiliter cõfieri poſſit: omnibus in tres reductis anime viribus: intellectũ affectũ & cõſcientiã has ſi examinaueris rite probatus haberis. Intellectũ videlicet. Sit ne per fidẽ ad credẽdum ſatis illuminatus: Affectum. Sit ne vitiorũ omniũ preſertim autem fraterni odij exurẽti charitate feruẽter inflammatus. Ac conſcientiã ( que nec potentia ꝓprie: nec habitus: ſed ſindereſis potius actus exiſtit ) Sit ne fedi nil ſibi crimĩs conſcia: dictetq; reliquas vires habũde examinatas. hec vt aſſequare: tribus codicillis perfunctorie: ex maiorũ inuentis probandi argumenta perſtrinximus legẽdaq; q̃ compendiario exhibuimus. Que vbi legeris ad amuſſimq; ſectatus fueris ( quantũ fragilitas ſuppetierit ) rite probatus acceſſeris. Vale.

# LIBRORVM DE MIRABILIBVS EVchariſtie et accedentiũ ad eam probatiõe Primus continet ſex capita.

## CAPVT PRIMVM.

De mirabilibus ſex circa ſacramẽtum Euchariſtie penes panis in corpus chriſti cõuerſionem obtingentibus.

Caput Secudum.

De mirabilibus ſex Euchariſtie ex parte exiſtentie chriſti ſub ſacramento circa eã obueniẽtibus.

Caput Tertium.

De totidem hoc eſt iterũ ſex mirabilibus Euchariſtie circa accidentia poſt conſecrationẽ remanẽtia obtingẽtibus.

Caput Quartum.

De aliјs rurſus ſex mirabilibus circa eiuſdem Euchariſtie: hoc eſt panis & vini ſumptionem obtingentibus.

Caput Quintum.

De probando etiã affectu ſit ne ſatis inflãmatus et purgatus ad digne Euchariſtie ſacramentum ſumendum.

Caput Sextum.

De probãda etiã conſcieutia poſt intellectũ affectũq; probatos ſit ne & illa ſatis adceſſui ꝓbata.

# In librū primū de euka-
## riſtie mirabilibus prologium.

Eteriſlegis ſacramēta in mediū reuocanti (ſi vlla
ex parte doctorū ſcripta relegit) obſcurū eſſe ne-
quaq̄ꝫ pōt Eukariſtie hoc noſtrū ⁊ ſacramentū ⁊
ſacrifitium illis veteris inſtrumēti: et ratione honeſtatis:
quo ad mundū: et ob dignitatem quo ad deum. Nec nō ob
virtutis amplitudineꝫ quo ad bonitatis luc effectum lōge
preſtare: In cōperto equidē habet iamdudū inſinuauiſſe
doctores: veteriſlegis ſacramēta pro diui Pauli ſententia
egena quedā elemēta: neqꝫ a culpa purgare potuiſſe nec di
luiſſe peccata: nec extitiſſe iuſtificatiua: q̄ꝫtūvis illa tamē
hebreis (vti aſſeruarent) impoſita eſſent: vti ſcilicet ea velu
ti onera perſentirent: quibus ab irregularitate ⁊ impedimē
tis: quibus pro legis diſpoſitione a ſacris nōnunquā acer
bantur: reatuqꝫ piarentur: ac fidē iuſtificantē (que aliquā-
do reuelanda erat) ſignificarent: dicente Hugone ꝙ habue
rit etiā nature lex tria ſacramenta: vt currentē dei fidem in
omnibus ab mūdi initio his ſignis manifeſtaret vt pote in
oblatione creatorē: in ſacrifitio redēptorē et in decimis per
fectā remūeratoreꝫ. Nexo ꝙ ſacrifitiū etiā (quod ſuo inter
pretamēto) quiddā ſingulare facinus nūcupās: ad honorē
ſoli deo debitū: ad eū videlicet placandū: et ad tria potiſſi
mū ordinatū vt pote ad peccati remiſſionē: gratie cōſerua
tionē et glorie adeptioneꝫ: nihil tale in veteri lege aſſeque
batur aut perfitiebat: ꝙ ea nō niſi per chriſti humanitateꝫ
concedenda deſtinata eſſent. Que cuꝫ ita ſint: vti ſcilicet: a
deo: aperta īditina: veteriſlegis ⁊ ſacramēta ⁊ ſacrifitia ībe
cillia extiterint. Superuacaneū ē in oſtendenda eukariſtie
ſuper veteriſlegis eminētia diutius immorari. verū nec id
quidē ſi ad noue referamus legis ſacramēta: Nam ſi etiam
illis eukariſtiā contuleris: liquido conſtat. quia ratione cō
tenti cunctis preſtet et ſuper emineat: tanq̄ꝫ ex ea eductis
aut ordinatis ad ipſam. Quando auteꝫ que digniora ſunt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0006-7

maiora exigant in ſuſcipientibꝰ preparamenta. Recte apo
ſtolus: vnicos hos pre ceteris hoc ſacramentuꝫ excepturos
probationis ſue admonuit: Ne quod vſui reliquũ eſt: ⁊ rite
accidenti ſaluberrimũ: pernities fiat et iuditiũ indigne ſuſ
cipienti: et audatius debito irrũpenti. Cũ vero tria potiſſi-
mũ in homine ſint quibus opus eſt probandis vbi digne ac
cedere contenderit: vtpote intellectu recte ne illuminatus
ſit per fideꝫ ad credendũ: et affectu inflãmatus ne ſatis ſit
ad deſiderantes meritorieꝗ excipiendũ: Et tertio. Conſcië
tia pura ne ſit nihil penitus fedi ſibi criminis conſcia: verũ
ab omni labe purgata. Inter que cuꝫ ſit ne intellectus per
fidẽ recte illumiatus: primo diſquiri oporteat) oĩm virtutũ
auriga et primipilo: fide exiſtente) Sitꝗ mens tãto ad cre
dendũ moroſior: et renitentior: quãto quod credenduꝫ po
nitur: et numero copioſius eſt: et pondere arduuꝫ et diffici-
lius: Profecto cũ tot penes diuiniſſimũ Euchariſtie ſacra
mentũ: mirabilia offendãtur: quorũ fecerit deus optimus
in hoc ipſo memoriã: vt ea nec verbis quiſpiã aſſequi poſſit
nec calamo equare ſcribendo: Breuitati et aſſentiendi diffi
cultati pro viribus conſultari. Hec ipſa mirabilia in epito
men redigentes candide adoleſcentie noſtre: hoc potiſſimũ
tempore quo cõmunicandũ extat: illa etſi nõ intelligenda
(cũ omniũ ſuperẽt cognitionẽ) tamẽ velut in breui tabella
ſpectanda offeremus.

## Caput primũ de mirabilibus
### ſex circa ſacramentũ Euchariſtie: penes panis in corpus chriſti cõuerſionẽ: obtingentibus.

Sunt autẽ (ſi modo apertiora ex archanis in nũeris ſecer
nere cõtentemur) viginti quattuor potiſſimũ circa hoc di-
uinũ Euchariſtie ſacramentũ: eiuſꝗ vſũ et conſecrationeꝫ
emicãtia mirabilia quorũ prima ſex penes panis in chriſti
corpus conuerſionẽ: obueniunt plurimũ miranda. Mirum
equidem primo loco eſſe quis ambigere poteſt: ꝙ ſacra illic



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0007-2

ſubſtantie panis in coꝛpus chriſti conuerſiōe: tametſi illic
nihil panis ſubſtātie remanſiſſe dicere fideliter auſis. Ne-
quaqꝫ tamē panē illū (eo illic amodo nō exiſtēte) coꝛruptuꝫ
eſſe hoc modo catholice affirmaueris: vti ſubſtantiā panis
anichilatā arbitreris. Neqꝫ eñ anichilata eſt: licet illic am
plius nihil eius (niſi relicte quedam affectiones) videatur
huius mirabilis in promptu ratio eſt: quoniā: quod in me-
lius tranſſubſtantiatur nec coꝛruptū recte nec anihilatum
aſſeueratur. Sic ſecundo loco non minus mirū cernitur: ꝙ
quanqꝫ ſubſtantia in totū chriſtū illic vi ſermonis nō con
uertatur. Nihilominus totus illic chriſtus ē et eius quoqꝫ
tota diuinitas neceſſario illic eſſe affirmatur. Cuius iterū
compendiaria ratio hec eſt: ꝙ chriſti coꝛpoꝛe illic exiſtente
ex virtute verboꝛū et cōuerſionis principaliter: Si id vere
chriſti coꝛpus eſſe debet: neceſſario et aīa illic erit: et totuꝫ
etiā in duabus naturis ſubſiſtens ſuppoſituꝫ: ac per hoc to-
tus chriſtus cōcomitanter et perſonaliter. Cui tertio oꝛdie
ſuccedit mirandum illud: ꝙ tametſi in coꝛpus chriſti facta
cōuerſione: illic primuꝫ eſſe chriſtus videatur et vere dicatˀ
Male tamē perhibueris: illum illic generatū eſſe: aut cōce-
ptū: factumve: qui dudū antea ex virgine natus: de ſpiritu
ſancto cōceptus nobiſcūqꝫ cōuerſatus eſt priuſqꝫ hoc inſti
tueret ſacramentū familiariter. Cui breuis ratio impoſſibi
litatē adimit: ꝙ alia ſit conuerſio qua virtute verboꝛū illic
chriſtus eſſe incipit et cōſecratur: et alia qua ſpiritusſancti
miſterio: ſub verboꝛū ſalutatiōis prolatione: in vtero cōcep
tus: poſthac in mundū viſibilis edebatˀ. Illic igitur carna-
lis conceptio et generatio. Iſtic vero chriſti conſecratio ſa-
cramētalis et panis in eius coꝛpus potius tranſſubſtantia
tio enunciatur. Quarto loco ſuccedit ꝙ tāetſi multe panis
ſubſtantie quaqua verſum in chriſti coꝛpus conuertantur:
nullo tamen hinc pacto idipſū chriſti coꝛpus in quod vnuꝫ
idemqꝫ omnes he panis ſubſtātie conuertūtur hinc auctū
extenditur aut intumeſcit: nec ex eiſdem cōuerſis in coꝛpꝰ

chriſti diuerſis panis ſubſtantijs chriſti corpus coaceruat.
Cuius ratio hec eſt: ꝙ nequaq̃ ſubſtantie panis cōuerſiōe
tranſſubſtantiatis in chriſti corporis partē: ſed in totū idē
corpus perficitur: quo ſic vnicū remaneat eſſentie vnitate
nequaq̃ vero coaceruatorū congerie: aut multorū in vnū
coaceruatione. Quia etiā quinto ordine mirabile ſubſcribit
ꝙ in multis altaribus vbi hoc ſacramentū cōſecratur: huiꝰ
euchariſtie ſpeciebus ad varias poſitionis differentias di-
motis: leuatis et demiſſis vti cernit: dum ad nolā cuiuſq̃
conſecrantiū ſacramentū in altū tollitur: aut reſupinatur
Nihilominus minus recte putas: ſi illic corpus chriſti verū
ob id vel per ſe vel per accidēs dimoueri arbitreris localiter
Cuius diui Thome ſententia id in cauſa eſt: ꝙ aliā habeat
ad dimenſiones ꝓprias corpus chriſti relationē: q̃ corpus
aliud ad ſuas proprias ſecundū quas per ſe mouet vel ad
vehiculū: ſecundū quod mouetur per accidēs cōparationē
Equidem cū corpori chriſti: non niſi ratione dimenſionum
ſacramentaliū in loco eſſe cōgruat ac per hoc nec per ſe nec
per accidens: verū potius per aliorū in ipſum cōuerſionem
illic conſiſtat: poſt conſecrationē. Reſtat ꝙ et id quoq̃ neq̃
altero moueat modorū vti per ſe vel localiter ſed ad modū
illic relictarū ſpẽꝝ ſƀ quibꝫ cōtinetur: ſacramentaliter. Tā-
dem ſextum huius ordinis mirabile Iſtud eſt: ꝙ cum quod
libet corpus ſuo loco proprio ita circūſcribatur vt ſimul ac
ſemel alibi nequaq̃ corporaliter offendatur. Nihilominꝰ
ita illic chriſti corpus conſeruatur vt vno eodemq̃ inſtātī
longius hinc diſtanti loco ineſſe minime recte negatur Qđ
hinc facile credes: ꝙ chriſti corpus non ſua circūſcriptione
huic loco collimitatur: ſed per hoc ꝙ plura in ipſū in diuer-
ſis locis conuertuntur Ipſum vnū manens: locatorū ſuoꝝ
in ipſum conuerſorum locis ſubeſt licet minime circumſcri
batur. Quod vel hinc clarius dinoſces ꝙ id Innocentij il-
lucubratione et ſcribitur et exemplo manifeſtatur. Ait em̄
Quemadmodū dei filius ſecundum diuinitatem triplicē

habet eſſendi modum: In omnibus videlicet per eſſentiaꝫ
In iuſtis per gratiā In chriſto vero per vnionē: ita et chri-
ſti corpus localiter in celo quidē eſt. In verbo perſonaliter
Sacramentaliter in altari hoc eſt in pluribus locis: modo
videlicet iſto: quo multa in ipſum conuertuntur: Sed que-
ris intelligibile ne ſit iſtud homini quo nam modo in ſacra
mento chriſti corpus exiſtat. Reſpondeo eſſe quidem Sed
non ab intellectu humano puro abſolutoqꝫ ꝙ hic ad imagi
nem ſenſumqꝫ et inferiores cauſas cōuerſus. Impoſſibilia
hec omnia iudicet que nos mirabilia p̄ſcribimus. Sed ab
intellectu fide ſuffulto hoc eſt fide ad credendū illuminato
Hic enim aſſentiens ſecundū dictamen fidei et eterne veri
tatis regulam: in aſſentiendo ſibi ſufficit et in ratiotinādo
concordat. In aſſentiendo inquā ꝙ fidē habens credit: hoc
quod per fidem illi prepoſitum eſt: Cōcordatqꝫ rationādo
ꝙ ad ſuperiores cauſas reſpitiēs deū: ꝙ omnia facere poſſit
que congruant aſſentit et aſtruit: Ex his autē hoc ſacramē
tū eſt ſub quo corpus in cibū nobis conditur: et ſubmīſtrat:
quod hinc quoqꝫ credit ꝙ veritas falſum dicere nequit hec
autem ait. Caro mea vere eſt cibus ⁊c. vnde et ecleſia conci
nit preſtet fides ſupplementū ſenſuū defectui et id quidem
de mirabilibus primi ordinis hoc eſt circa ſacramentuꝫ pe
nes panis in corpus conuerſionem obtingentibus.

## Caput ſecundum de mirabili bus ſex Euchariſtie circa exiſtentiam chriſti ſub Sacramento: obuenientibus.

SEd nūc etiam ſecundo ſex recenſebimus mirabē
lia circa eiuſdem corporis ſub ſacramento exiſtē
tiam obtingentia. Mirabile equidem primo ē ꝙ
corpore chriſti tanto exiſtente quātum illud ara
crucis diſpandit cunctis videndum. Idipſum tamen ſub

ſub quātūuis minīo ſenſibili ſaltem cōtineatur ſacramēto Sed illius poſſibilitatē diuus Acquinas explicat dum ait Quia chriſti corporis ſubſtantia cuꝫ ſit ſub ſpeciebus ex vi ſacramēti immediate ordinē habet ad dimenſiones panis remanētes: quantitas autē cū ſit illic ex naturali concomitantia: et ex cōſequēti ymo per ipſaꝫ ſubſtantiā: per modū illic eſt non ſuū: ſed ſubſtantie ſit ergo: vt quātū ſe extēdāt panis ſpecies ad tantidē et ſubſtātia. Ita vt extra ſpecies nihil ſit chriſti ſubſtantie. Nequaqꝫ tamen hic dumtaxat tanta chriſti quātitas eſt: quāte ſunt ſacramētales ſpecies ſed cū tota chriſti ſubſtātia tota illius quātitas hoc eſt tanta: quāta fuerit in ara crucis ſuſpenſa. Eius tibi exemplar vtcūqꝫ preſtat totius ciuitatis Francophordiane in oculū ſub vna ſpetie receptio: quā tametſi vno clauſam oculo teneas: nequaqꝫ eā dumtaxat oculi habere quātitatē. ſed ſuā magnitudinē retinere aſſeuerabis: ꝙ illic vrbis quantitas nō modo ſuo hoc eſt quātitatiuo: ſed modo ſpetiei viſibilis ſub qua recepta eſt magnitudo in oculo deliteſcit Cui mirabili ſuccedit ſecundo loco mirabilius iſtud. Quod cū organicū illic ſit ſub ſacramēto chriſti corpus partium exigens ſuarū integraliū diſtantiaꝫ: qualis in manibus pedibuſqꝫ reuidetur homīs cuiuſlibet viuētis Mirū certe eſt Quomō confieri poteſt: vt illic chriſti corpus viuentis omnes ſuas partes habeat: niſi altera in alteram penitus cōprimatur. Adeo vt nec capitis nec iguinis diſcrimen loci habeatur. Cui reſpondetur. Quod quādoquidē hec de qua queritur partiū diſtantia: ſuper dimenſiua quātitate fundetur. quaꝫ ſubſtātia ipſius preuenire pōt ex verborū prolatione adeo vt nō modo quantitatiuo: ſed modo ſubſtantie illic chriſti quātitas chriſti ac ſic partiūqꝫ diſtantia habeatur. Cū igitꝛ illic cōuerſio ſubſtātie panis directe ad chriſti ſubſtātiā terminetur: et ſic corpus chriſti directe ſecūdū ſubſtātie panis moduꝫ ꝓprie et directe in hoc ſacramēto exiſtat. Prodit vt et partiū diſtantia ſit quidē in corpore hoc vero: ſed cuꝫ nō

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0011-4

ſecundū modū quantitatiuū:ſed modo ſubſtantie ad ſacra-
mentū comparetur vbi et verū corpus hoc modo organicuꝫ
cōtinetur: eſt cōſequens vt nihilo curata organicorum mē-
brorū quātitatiua diſtantia (que obijcitur) verū nihilominꝰ
illic organicū veraqꝫ diſtincta mēbra in corpore chriſti ha-
beantur:licet nō diſtincta quātatiue:nec ad hoſtie quanti-
tatē cōmenſurata. Eius exemplar ſuperius receſuimus dū
totā Francophordianā vrbē vno comprehenſaꝫ oculo diſſe-
ruimus. In qua vrbe:ſi domus turre et templa etiam: intra
oculū diſtincte reuides:ymaginē nactus es: qua organicuꝫ
chriſti corpus:diſtinctis mēbris ſub parua hoſtia:complec-
taris. Sed accedat tertiū mirabilius hoc videlicet:ꝙ cum
chriſti corpus illic ſemper verā corporis retineat naturam
neqꝫ vnꝗꝫ in ſpericā aut oblonga vel lineare cōmutetur fi-
gurā quomodo confieri poteſt: cuꝫ corporis partes in diuer
ſis eſſe locis debeāt:ꝙ chriſtus ſub qualibet ſpecieruꝫ parte
ſi hoſtia frangitur cōtineatur. Verū huius impoſſibilitatē
miraculi prioris mirabilis:reſponſio ferme ademit:dū dix-
imus:quia cū comparetur chriſti corpus ad hoc ſacramētū
vel eiuſdē quantū minias: tamē ſenſibiles partes ratione
quantitatis dimenſiue: verū ratione ſubſtantie:que illic vi
eſt verborū vt alia cōcomitanter que cū poſſit pro ſui indi-
uiſibilitate ſub parua vł magna hoſtie quātitate contineri
nihil miri ſi ea que illic modo ſubſtātie ſunt: vtpote chriſti
figura quantitas vel magnitudo ſub parua vel magna:ho-
ſtie particula cōtineatur. Cuius exemplar vulgo in ſpeculo
in minutas partes contrito exhibetur:in quaruꝫ vnaquecꝫ
integra facies intuentis reſplendet magna exiſtat ſiue par
ua. Sed accedit quarto haud admirandū minus mirabile
hoc videlicet quomodo chriſti corpore:cuꝫ totidem mēbris
ſub hoſtia exiſtente:non illic brachia:iſtinc genua:hic vero
caput eſſe:diſtincte cōmonſtrari poſſunt:aut indicina deſi-
gnari: Cui.cōpendario ex predictis reſpōdetur. Quod illic
quantitate (qua partes deſignātur) per modum ſbſtantie:

cum modo quātitatiuo: vel pro poſitiōis exigentia exiſtēte facili quicquid ad partiū ſubſtantiam attinet: illic reperiť: vt manus brachia pedes et cetera: verum cum id ſit abſqꝫ partium poſitione ſiue ad locum ordinatione: pro eo ꝙ ordinatio ad ſubſtantiaꝫ partium: organico ſufficit corpori: verū ꝙ ad locū quoqꝫ ordinentur. vt ſic digito demonſtrenť poſitio facit: ſiue ad locuꝫ ordinatio: que cuꝫ ſit prime ordinationi: vtpote partium ad ſubſtantiaꝫ poſterior: poteſt a ſubſtantia diuina potentia ſeparari: corpore in genere ſubſtantie completo relicto. Recte aſſeueraueris ergo illic oēs eſſe chriſti corporis partes: neqꝫ tamē poſſe vł oportere (vbi harum vnaqueqꝫ ſit) digito cōmonſtrari. Sed accedit nūc quintum mirabile iſtud. Cum hoc verū chriſti corpus viui ſit hominis viſibilis palpabiliſqꝫ vel ſaltē nunc clarificati quid in cauſa eſt: cur illud ipſum ſub ſpetiebus exiſtēs: vere et pro eius exiſtentia naturale: nō ſentiatur viſu aut tactu aut claritas eius non etiā modico ſaltē ſuſpicatur. In promptu iterū ex precedentibus ratio deſumitur: quia talia oīa chriſti corporis accidētia (alioquin ſenſu perceptibilia) nō ſunt illic: ſub ſpetiebus videlicet panis modo ſuo. ſed modo ſubſtantie inquā eſt vi verborū conuerſio: vnde nec claritas medium illuminat: nec ſe tangibiles qualitates contingentibus imprimūt. Cui tandem ſextum ſuccedit mirandum Quomō ſi diuerſis locis chriſtꝰ īexiſtat vnus nūero totuſqꝫ ſi in altero horuꝫ moueať non ſimiliter in alio: aut quomō eo illic quieſcente: iſtic vero eodemqꝫ inſtāti nō etiā quieſcat ſed moueatur. Cuius poſſibilitateꝫ Bonauentura explicat inquiēs: Abſolutas quidē proprietates vbicūqꝫ chriſtꝰ ſit: congrueř chriſto. veꝝ nō reſpectiuas: quale eſt localiter moueri: Sed id ſupra diſſolutū eſt: hinc ꝓdire: ꝙ nō localiter ſed ſacramentaliter locis inexiſtat q̄re nec per ſe nec per accidēs mobile exiſtit: Eiꝰ exēpluꝫ natura nō habꝫ niſi quia motrices orbium: quantūvis mobilibꝫ a ſe ſperis aſſiſtant: tamen motis etiam ſperis ipſe nec per ſe nec per accidens mobiles exiſtūt: vti in octauo phiſicorū cōmētator differit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0013-5

## Caput tertiū de mirabilibus ſex facta cōſecratiōe circa accidētia remanētia ꝯtingētibꝫ.

A T tertio hinc loco etiā penes accidētia illic poſt trāſſubationē panis viniq̄ꝫ in corpus ſanguinēq̄ꝫ chriſti remanētia: ſex offendes mirabilia. Miruꝫ quippe primo quis ambigit: ꝙ illic tot ſunt accidētia videlicet quantitas qualitas actio paſſioq̄ꝫ et cetera id genus. nulla tamē illic ſubſtātia eſt: que ab his accidentibus afficiatur: vel dēnoīetur vt ſic corpus illic contentū vel albū vel agens vel patiēs vel coloratū nūcupetur. cū tamē illic ſufficientē habeāt ſpeties ad denominādū affitiēdūq̄ꝫ virtuteꝫ Cui breuis reſponſio hec eſt: ꝙ tranſſubſtantiata in corpus chriſti panis ſubſtantia quo illud ſacramentū celetur: meritūq̄ꝫ fidei non euaneat ſed augeatur: nec chriſti illis ſubſtruitur ſubſtātia ſic vt in ea ſubiectentur: verū omīa quātitati inexiſtūt cui vnice confertur: vti per ſe ipſam illa ſubſiſtat. Sed mirū hinc ſecūdo videtur: Cur ſoli quantitati id detur: vt inſtar ſubſtātie per ſe ſtet ac alia ſuſtētet cuꝫ tamē accidentiū non ſit exiſtere. Sed in alio eſſe: vti cōmune eſt omni ſubſtantie (vt loyci dicunt) in ſubiecto non eſſe. Id in cauſa eſt: Quia cum velit deus hoc ſacramentū celari: quo fide conſtante meritū augeatur: neceſſe fuit quātitatē oīm accideniiū fundamētū hoc priuilegio donari vt per ſe ſubſiſteret: et alijs quoq̄ꝫ ſe ſubſterneret accidentibus. Quod fieri fuit eo facilius: quo quātitati: ex natura ſua virtus congruit indiniduandi que eſt facere duorum a ſeinuicē ſingularē diſtinctionē. Nō magnū ergo fuit illi ob vicinitatē ad ſubſtantiā: ſuperadījcere ſubſiſtentiā primā ſubſtantiaruꝫ cōmunitatē. Cum alioquin vt in quarto de celo cōmentator ait. In naturaruꝫ ordine infime ſubſtantie pro formis ſuis habeant accidentia vt grauitatē elemēta. Nimiruꝫ ſi eregione ſubſtantie perfecte pro accidente habeant quāti

taté q̄ ferme ſit ſubſtãtia:⁊ hoc loco ſbiectū per ſe:ſola acci-
dẽtiū Verū tertio huic loco recte miraberis: ꝙ q̄cq̄d ĩ pane
priuſq̄ꝫ tranſſubſtantiaretur:eius agebat patiebaturq̄ꝫ ſub
ſtantia: eius nihil poſt factã cõuerſionẽ intermittatur: ſed
ab accidẽtibus vicaria actione perficitur. Cū alioquin nec
agant nec patiantur accidentia. Cuius hec ratio eſt:ꝙ qui
dedit eſſe conſeruatq̄ꝫ conſiſtentiã:dat et agendi patiẽdiq̄ꝫ
vim accidentibus illic relictis vt nihil experimẽti deprehẽ
datur:quo euacuata fide:meritū credẽtis minuatur. Quar
tū hinc mirabile id eſt:Quod cuꝫ alioquin ex philoſophoꝝ
ſententia:ex nõ ſubſtantia non fiat ſubſtãtia:ex his tamen
illic relictis accidentibus:ſubſtantie alie:vt vermes vel bi-
biones:nõnunq̄ꝫ generãtur:vti rei euidẽtia comprobatur.
Cui par:precedenti ſubnectitur ratio:ꝙ quatenus fides ha
beat locū:nec euacuetur ſed augeatur meritū:id quod prius
ſubſtãtia vel egit vel paſſa eſt: hoc nũc ſuo loco accidens pa
titur vel agit relictū:vnde ex quãtitate:culices gignuntur
que alioquin non niſi ex humerali ſubſtãtia putrefactione
propagentur. Quinto inſuper ordine:Mirabile magis eſt:
ꝙ cū deus illic miracula faciat:vt ex ſpeciebus:vermes ge-
nerentur:Cur nõ potius miraculo preſeruat: ne circa ipſuꝫ
ſacramentū vlla intercidat corruptio: nec vllius etiã vl' pu
tredinis vliginiſve aut vermis vel bibiõis:propagatio. Ei⁹
iterū compendiaria quã recenſuimus ratio eſt:ꝙ alioquin
ſi a corruptione miraculoſe prohiberentur cõſecrate hoſtie:
aut vinū tranſſubſtãtiatū:ab acetoſitate:euacuaret̃ idubie
illic meritū:dū ſenſus humanus expreſſū acciperet: diuini
miſterij experimentū. Sexto tandeꝫ loco mirabile id eſt: ꝙ
adeo ſunt hic ſpecies nobilitate:ꝙ ille (plus ſanctis marti-
ribus ⁊ confeſſoribꝫ quãtūvis merito inſignibus) nõ ſimpli
ci dulia:ſed iperdulia ſũt venerãde:Facit hoc cõtactus cor
poris diuini per earū ſpecierū cõtinentiaꝫ vt virgini matri
parificẽtur que ſimiliter yperdulia adoratur ob eius chriſti
hominis et dei maternitatem.

## Caput Quartū de mirabilibus ſex circa eiuſdē Euchariſtie ſūptionē: obtingētib⁹.

Quarto inſuper oꝛdīe penes eiuſdē ſacramēti ſūptionē ſex quoqꝫ mirabilia nūcrant̄. Mirandū ꝗppe pꝛīo ē: ꝙ vbi etiā ſacramētū cōſumēdo diuidat̄ dentibuſqꝫ (quod caueri tamē debet) atterat̄: aut alioquin intercindatur: nequaq̄ꝫ tamen vel pes vel manus chriſto illic veriſſime: contento: diſcerpitur aut pꝛeputat̄. Eius hec ratio eſt: ꝙ nō ad ſubſtantiā chriſti coꝛpoꝛis eiuſmodi attritio: aut diſcerptio: ſed ad accidentia hoc eſt quātitatē terminatur. Unde ⁊ his ſpeciebus ſub quātitate diuiſis tot quot hinc pꝛodierint (ſenſibiles ſaltem) particule: totiēs illic idē tamen verū chriſti coꝛpus conſiſtit: Eius exemplar attritū in pluresqꝫ particulas ſectū: ſpeculū pꝛe ſe fert: dum vna in integro facie reſplendēte: quot particule ex fracto pꝛodierīt tot illic vnius tamen facies reſplendeāt. Unde ſecundo loco pꝛodit mirabilius quiddaꝫ. vt tametſi diuiſis ſpeciebus. ſub qualibet partiuꝫ integer chriſtus contineatur. Tamen ſi vinū poſt conſecrationē ſanguini: miſcueris nō ſanguini: ſed ſpeciebus dumtaxat cōmiſcebis: cum reliquuꝫ ſanguis nec vinuꝫ nec aquā excludat quin vtrūqꝫ poſſit infuſum illi cōmiſceri. Quod hinc verū eſſe nec habere facti impoſſibilitate̅ diſcernes ꝙ ſanguis qui ſub ſpeciebus vini eſt: is eſt: qui intra venas habetur (cū alioquin ſi extra manauerit nō ſanguis: ſed cruoꝛ appelletur) At dum in venis eſt ſāguis: quicquid affuderis nequit contingere illū: intra venas exiſtentem. Recte ergo ſi vinuꝫ vel quicumqꝫ alius liquoꝛ conſecrato calici infuſum fuerit: nō ſanguini: ſed ſanguinis potius ſpeciebus miſcetur: ſiſtitqꝫ cōmixtuꝫ ſpeciebus: que vbi pꝛioꝛē foꝛmā hac ipſa mixtione amiſerint: etiā ſanguinis dominici continentiā obtinere dimittūt. Sic tertio hinc loco: recte miraberis ꝙ cum alioquin nec elemēta ſimplicias nec accidentia nec vlla incoꝛpoꝛea poſſit alicui animāti um

trimento eſſe aut augmento. Nihilominus in ventrē deſcē dente ſub ſpetie vini et panis ſacramēto: illic ſacramēti ac-cidentia hoc eſt relicte ſpeties: nutriūt hominē crebrius ſumentē: Id tamē chriſti corpore nequaꝙ faciente. Cuius id cauſa eſt ꝙ chriſti corpus ſub ſpetiebus exiſtens: non habet ad corpus noſtrū cōmenſurationem: vt ſic in corpus vti alimentū conuerteretur. Sed id relictis accidentibus datum diuinitus ē: vt ſic ſubſtātie panis vices agētia: alant obuelentꝙ ſacramentum. Quarto poſt hac loco miruꝫ eſt ꝙ cum īpoſſibile ſit in phīa: vt non corpus: ideſt ſpiritus corpore moueatur: vt gilbertus aſſeuerauit de actione. Nihilominꝰ tamen illic Chriſtus: corpore ſuo non corpus ſumenti ſed hominis ſpiritū dicitur mouere nutrire et impiguare. Ob hinc prodit: ꝙ illic corpus chriſti eſſe habens ſacramentale hoc agit ad quod inſtitutuꝫ eſt diuinitus quod eſt ſpirituꝫ ſuo influxo reficere. Poſt que quīto loco nectitur mirabiliꝰ ꝙ totiens ſumptū ⁊ a tot ſub ſpetie vini et panis fidelibus Nihilo tamen vnꝙ minuitur: verum magis conſumendo augetur atꝙ plurificatur. Id in cauſa eſt ꝙ ſumendo ipſuꝫ chriſti corpus: hominis corpus nō mutatur verum potius in idipſum homo tanſformatur: dicente Auguſtino. Ne tu me mutabis in te: ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutaberis in me: Vnū itaꝙ chriſti corpus exiſtēs virtutis infinite nullā recipit a cōuerſis in ipſuꝫ augmentationē: verū quotiēs ſumitur: totiens ⁊ cōſecrat̄ et perficitur hoc ſacramētaliter Poſtremū ſexto: mirabile eſt oīm maximū: in quouis mirabiliū repetendū. ꝙ infinitus illimitatus irreceptus deus ī ſūma rerū arce. cōſidēs ipſeꝙ etiā chriſtus ad dexteraꝫ dei ſecūduꝫ humanitatē reſidēs: ſub hāc tā paruā hoſtiaꝫ demigrat: tot faciēdo mirabilia cum inter hec et illa tanta ſit diſtātia: ⁊ limitata ſit oīs creature potētia. hoc mirabile īmēſa facit dei bonitas q̄ chriſtꝰ deus cū prius iter ſuos verſaret̄ corporaliter: ablaturus corpus ſuū nobis ſub ſpetie panis illudipſum reliquit vere ſed ſacramentaliter: prebendo

verbis cōſecratiōis hāc trāſſubſtantiādi vim ſupernatura
liter. Quod nemo ambigere debet incredulus: Nā qui ver-
bo ſuo fecit omnia ex nihilo: quomō non etiaʒ faceret corpꝰ
ſuū ſub hoſtia cōſecrationis verbis vim iſtā conferēdo. Cuʒ
itaqʒ his vigintiquattuor mirandis velut paucis ex imūe
ris coactis liqueat quia fecerit ſub his panis viniqʒ ſpēbꝫ:
mirabiliū ſuorū deus memoriā. Probet igitur ſeipſū homo
An videlicet ſit primo ſecundū intellectū ſuū per fidem illu
miatus ad miſteria illius ſacramēti ⁊ ſacramēti mirabilia
credenduʒ dicēte ad hebreos Paulo. Accedamus cum vero
corde in fidei plenitudinē: vbi diuus Thomas. Cū vero in-
quit corde: hoc eſt cū vero intellectu ſine errore. In plenitu
dine fidei: in plena fide credentes: que nō videmus ſcilicet
ſub ſpetie panis eſſe totū chriſtū. verū deū et verū homineʒ
ob quā credulitatē maximū imprecatur nobis meritū diuꝰ
Petrus dū inquit. Credentes in chriſtū quē non videtis ex
ultabitis leticia inenarrabili. et id quideʒ de intellectu (vti
in capite perhibuimus) erga diuiniſſimū hoc ſacramentū
(vt Paulus admonet) probando hactenus.

## Caput quintum de probando etiam affectu: ſit ne ſatis inflamatus ad Euchariſtiam ſuſcipiendam.

SEd quoniā etiā affectus probandus eſt (vt diuꝰ
Paulus monet) ſit ne ⁊ ille recte per amorē vitia
exurenteʒ inflāmatus. Idcirco q̄ ad eius attinēt
preparationē paucis dicemꝰ et quidē ſub typo hoſtie panis
vti animaduertatur. Quod ſicuti accurate hoſtia preparatur
vt ſub eius ſpetie chriſti corpus claudat. Ita volūtas ꝑpa
rari diſcatur vt recte ad accedenduʒ probata habeatur. In
quit auteʒ diuus Acquinas: grana frumenti humana arte
gradatim proficiūt ad panis cōplementū. Sic anie pecca-
trici gratia dei proficit: ad homīs bonū ſtatū in quo proba-
te: ſuſcipiat dominicuʒ corpus. Sed qꝛ ad hoc vt ex granis

ſtat hoſtia primo neceſſe eſt eorũ duritiẽ per molam in mi-
nima redigere: hinc a furfure mũdare: igniq̄ʒ hinc in panẽ
ſolidare. Sic pari greſſu: digne accedere volẽti: his tria pro
portionabilia congrua ſunt: ⁊ oportuna vti videlicet p̄pare
tur primo per cõtritionẽ cordis hinc per oris confeſſionem
purgetur at tertio per proximi dilectioneʒ igniat. Remiſſo
omni aduerſus proximũ rancore atqʒ fraterno odio: qđ qui
habet pro Joãnis nuncupamento: homicida eſt: et ad acce
denduʒ ineptiſſimus: dicente Auguſtino: ꝙ qui accipit mi-
ſteriũ vnitatis: et non tenet vinculũ pacis: nõ pro ſe: ſed cõ-
tra ſeipſum hoc accipit miſteriũ. Probetur igitur affectus:
ac ſecundo quoqʒ etiã alterius exempli loco: inſtar videliꝫ
(lintei ſacrifitialis) quod corporale nũcupant: cui inuolui
chriſti hoſtia potius lineo puro: q̃ʒ ſerico aut quouis altero
precioſius tincto precipitur. Quod certe corporale vti ap-
pellãt: vt ad perfectã mũdificationẽ pertingat: lauatur pri
mo hinc extorquetur: tertio deſiccatur. Quiſquis igitur di
gne velis accedere: his ſimilia penes tuũ moliaris affectũ:
Eundẽ primo per lachrimarũ aquã expiato: hinc penitẽtie
merore cor torqueto: ac tertio per feruoreʒ amoris dei a car-
naliũ deſideriorũ hũore penitiſſime ſiccato: ad quorũ p̄mũ
ad hebreos Pauli verba hortantur: dum ait: Accedamꝰ aſ-
perſi corda: a conſcientia mala: et abluti corpus aqua mun
da: mundati lachrimis a peccatis cordis et operũ. Ad ſecũ-
duʒ vero Exodus duʒ ſcribit ꝓpheta. Cortinas tabernaculi
(ideſt ornatũ anime) facies de biſſo retorta: de operibus pe
nitẽtie ieiuniȷs orationibus afflictionibuſqʒ. Ad tertiuʒ vo
pſalmus dũ canit. Jn ſole poſuit tabernaculũ ſuuʒ ſcilicet
ad ſiccandũ per amorẽ diuinũ vt fiat mundũ et pulchrum.
Jd quod de affectus probatione Auguſtinus q̃ʒ breuiſſime
admonet dum ait: quãuis quis peccato mordeatur veniali
peccandi tamen de cetero non habeat propoſitum. Satiſ
faciat lachrimis et orationibus: ⁊ confidens de domini mi
ſeratione accedat ad Eucharistiam intrepidus et ſecurus.

## Caput Sextũ de examinãda eti am conſcientia. Sit ne acceſſui ꝓbata.

Vmqꝫ etiaȝ tandem conſcientia pꝛobãda exiſtat
dicẽte Alexandro papa. Nihil in ſacrifitijs maiꝰ
eſſe poteſt q̄ȝ coꝛpus⁊ ſanguis chriſti: nec vlla ob
latio potioꝛ illa eſt: ſed precellit om̄es que pura conſcientia
offerenda eſt et pura mente ſumenda. Jccirco et hoc tertio
loco: quomodo hoc pꝛobetur perfunctoꝛie ſubnectimus. At
cũ cõſcientia (diui Acquinatis ſentẽtia) nec potẽtia eſt nec
habitus. ſed potius ipſius ſinderiſis actus: hoc eſt ipſa ſciẽ
tie applicatio: vt rectoꝛ ſcilicet et anime pedagogus: hoc eſt
rationis dictamen pꝛobetur: igitur cõſcientia: hoc eſt appli
cetur ad intellectũ ⁊ volũtateȝ pꝛedictis modis: ſinderiſis
actus et rationis dictamen: Dictet ne ratio: ſiue potius ſin
deriſis ſatis pꝛobatũ eſſe intellectũ ad credendũ. diſcernen
dũqꝫ hoc coꝛpus ab iſto: hunc ſanguinẽ chriſti ab iſto: ⁊ affe
ctũ ne ſatis purũ dictet hoc eſt vitijs omnibus cõtritis ⁊ cõ
feſſis mũdatuȝ atqꝫ iſta abhoꝛrentẽ et ꝓpoſito abſtinẽdi ab
his adeo inflãmatuȝ vt per hoſtes per tela per ignes malit
omniũ loci perſonarũ ⁊ tempoꝛũ occaſionẽ fugere: q̄ȝ ſemel
expiatis criminibus irretiri viciſſim ⁊ recidinare. An vł po
tius nõ vndiquaqꝫ hec ip̄a penitus expiata pꝛobataqꝫ ſint
verũ hereãt adhuc quedã pꝛiſce veſtigia ſoꝛdis rancoꝛ inq̄ȝ
vel pꝛoximi ſopitũ non extinctũ odiuȝ ac per hoc adhuc nõ
abhoꝛreãt cõfeſſa: ſed lubꝛico in loco ſtent: ad recidinaȝ pꝛo
ni: ac nec ſatis firmũ abſtinẽdi ꝓpoſitum adhuc habent. Vt
ex eoꝛũ triũ indigne mandantiũ nũero: arguente conſciẽtia
quiſpiã offendatur: qui ſe tamen pꝛobatũ putet: et ſibi falſo
innocentiã arroget. vtpote ſit ne vel maleuolus: vł doloſus
vel in accedendo potius pꝛeſumptuoſus: tot em̄ (tria vide
licet) indigne accedentiũ genera: diui Thome ſentẽtia: nu
merantur. Quoꝛuȝ pꝛimi coꝛpus domini ſumũt in peccãdi

voluntate. Secundi hypocrite ſunt: qui facie tenus quidez boni apparētes occulte praui exiſtūt ⁊ nihilominus veluti iuſti ad altare concedūt. Tertij vero predictis deteriores: q̄ cū maxis teneāt peccatis: preſumptuoſe tamē ſe cōmunioi ingerunt. de quorum primis maleuolis videlicet. Eſaias ait. Appropinquat populus iſte: ore ſuo: cor autem eorūz lō ge eſt a me: Appropinquat ore per ſacramenti ſuſceptionez ſed cor longe eſt per peccandi voluntatem: quos tria mala ineuitabiliter inſequūtur: vtpote peccati ſui aggrauatio: a gratia chriſti ſeparatio: et ad eternam penā condemnatio: At de doloſis quoqʒ ſecundo ordine indigne accedentibus: videlicet hipocritis paulus thimotheo ſcribens inquit. In diebus nouiſſimis: inſtabunt tempora periculoſa: et erunt homines ſeipſos amantes. habentes quidem ſpeciez pieta tis: virtutem autē eius abnegantes: Speciē pietatis: inq̄t gloſa: religionis: quia eadem ſacramenta habent: cuz pijs virtutē pietatis ideſt charitatē abnegantes: Multa ſcilicet mala occulte cōportantes et manifeſta ſolerter: ſed falſe: ex cuſātes: quos pariter tria mala inſequūtur. videlicet q̄ tra ditoris Iude ſotij effitiūtur: corā toto mundo confundent̄: et extra bonorum conſortium iatientur. Ac tandem de ter tijs male accedētibus vtpote preſumptuoſis ad corinthios Paulus dicit. Qui manducat et bibit indigne iuditiū ſibi manducat ⁊ bibit ideſt inde condemnabitur dicente Augu ſtino Sancta malis poſſunt obeſſe quia qui manducat cor pus domini indigne: iuditiū ſibi manducat. Nō q̄ res illa mala ſit: ſed quia malus quod bonū eſt male accipit Vnde et hos quoqʒ preſumptuoſos tria quoqʒ mala inſequūtur vtpote magna culpa: dei offēſa multiplex plaga: plaga inq̄ʒ multiplex: quia triplex: videlicet primo eundem inſequent̄ multa ſpiritualiū bonorū damna. Secundo terrarū ſterili tas. Tertio peſtes corporis dicēte d̄ primo in trenis Hiere mia. Manū ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius q̄ vidit gentes ingreſſus ſanctuariū tuū de quibus precepe

ras ne intrarēt eccleſiā tuā vbi gloſa hoſtis antiquus ad de-
ſiderabilia ecleſie manū mittit et ſpiritualiuꝫ ornatum au-
ffert a membris ſuis: fidem cōtaminās: baptiſma reſcindēs
gratiam in baptiſmo datam: doctrinā corrumpens: corpus
et ſanguineꝫ chriſti indigne tractans: et vaſa precioſa ideſt
oues chriſti quaſi lupus deuaſtās: ⁊ cauſa tanti mali reddit̄
quia gentes carneꝫ amantes et chriſti circumciſionem non
habentes: miniſtri altaris efficiūtur: De ſecunda plaga deu-
tronomius ſcribit. Si audire vocem domini dei tui noluе-
ris vt fatias omnia mandata et veniēt ſuper te omnes ma-
ledictiones iſte. Maledictus fructus terre tue: armēta bouꝫ
tuorū: et greges ouium: Mittet dominus ſuper te famē eſu-
riem: et increpationē in omnia opera tua. Itē ꝙ ⁊ de tertia
prime ad Corint. vndecimo dicitur. Probet ſeipſum homo
Qui enim manducat indigne iuditium ſibi manducat ⁊c.
ad iuditiū mortis ſe obligat. ⁊ mlti aliȷ̈ propter ſcelus vniꝰ
ſepe feriuntur. Vnde et ſequitur. Ideo inter vos multi in-
firmi et imbecilli ⁊ dormiunt multi. ſomno mortis: vel dei
verbere vel preliorū aduerſitate: dicente ſcriptura. Adhuc
carnes erant in dentibus eorum et ecce furor domini exci-
tatus in populum: percuſſit eū magna plaga. E regione ve-
ro bene probateqꝫ accedentem. Tria bona e regione comi-
tabuntur: videlicet pene debite relaxatio diuine gratie reſti-
tutio: glorieqꝫ eterne acquiſitio. Que nobis optimus maxi-
muſqꝫ ille ex alto largiat̄: qui nutu tremefacit: olympum.

Finit liber Primus.

# In libros de accedētis Eucharistiam probatione: Prologium.

Q Uando aūt ad mētis illuminationē: affectuſq purgationē ⁊ cōſcientie quoq perfectionē: at per hoc ad hominis Eucbariſtiā rite accedere volētis pro diui Pauli preceptu: probationē confuſa et vniuerſalis non ſufficit: eorū que purgari debent: cognitio. Niſi articulatius: ea quorū immunes ⁊ expertes eſſe debeamus: crimina digeſtiori ſermone ediſſerātur. Idcirco quo ſciatur que ſint et quot peccatorū genera: que peccati quiditas et q varia illius contagio ⁊ pernities quibus infeſtate anime vires a tanto ſacramento arceantur: Illicet poſt cū quē de mirabilibus cōſcripſimus ⁊ vniuerſalis anīe viriū probatione librū: placuit breuioſculos ſuperadiicere alios in quorū primo peccati in genere et amplitudinē et grauitatē et item remedia ſupplitiaq que qualiaq et quanta ſint: cōmentemur. In ſecundo vero: quo illa modo ſacramentali ſint confeſſione promulganda. corde conterenda: ⁊ ſatis factione diluenda ſuperadiiciemus. Quo ſic vtrinq: et in vniuerſali: ⁊ in ſpetie: peccatis recognitis: facilius mente ab infidelitate. Affectu a peccati libidine fraternoq odio. ⁊ conſcientia ab vtriſq: depuratis: quantū pro humana imbecillitate confieri poteſt probati digniſſimū illud: tot mirabilibus inſignitū ſacerrime Eucbariſtie ſacramētum confidentius accedere poſſimus. Sed antehac per capita que proximo dicturi ſumus libro: prenotabimus: vt his lectis: qd toto libello vertetur: q facillime deprehendatur.

## LIBER SEQVENS IN QVO PERFVNctorie de peccatis agitur: Continet capita duodecim. Caput Primū.

### De Sextuplici peccati in genere diuiſione ac cuiuslibet compendiaria diuiſionis ratione.

## CAPVT SECVNDVM.

De viginti peccati definitionibus quibus et eius materia ſiue actus: et deformitas: habunde explicatur.

### Caput Tertium.

De originalis peccati definitione: illius ſubiecto cui inſit & de illius a parēte in poſteros propagatione ſiue traductione.

### Caput Quartum.

De contrahendi originalis peccati ratione: et de multiplici eius in conceptis in eo: effectu & labefactione.

### Caput Quintum.

De eiuſdē originalis peccati equabili pena eiuſqꝫ per baptiſmū ablutione: remanētiaqꝫ inclinatiōis et deordinationis.

### Caput Sextum.

Qꝫ mortalis peccati grauitas ex quadruplici radice cauſatur: ꝗ qꝫ etiam vnū grauius altero quadrupliciter. dicatur.

### Caput Septimum.

Regulas ſedecim continet quibus mortale peccatū a veniali diſcernitur: & q̄ venialis: que itē mortalis culpa ſit: cognoſcatur.

### Caput Octauum.

Alie ſuperadijciūtur regule ſpetiales quibus ſigillatius quiſqꝫ mortale: a veniali ſecernere poteſt.

### Caput Nonum.

De dānis a mortalibus peccatis peccatoribus in-

flictis et quomodo in ſingulorum bonorũ generi bus: ob id puniantur.

Caput Decimum.

De ſupplitijs in futura patria pro mortali cõmiſſo pendendis: & que diuerſitas penarũ. locorũq; illic habeatur.

Caput Vndecimum.

Veniale peccatũ quibus de cauſis hoc nomen ſortiatur: & quomodo: rurſus a mortali ſecernatur.

Caput Duodecimum.

De effectibus ſiue nocumẽtis venialis peccati frequentiã inſequentibus & quibus expurgetur.

Caput Tredecimum.

De modo a reatu venialis peccati animã purgandi & que penarũ diuerſitas: & quibus miniſtris expediantur.

## In librum de peccatis in vniuerſali: Prologus.

Vi de rebus compendiario loqui. nec tamen neglecti aut obmiſſi accuſari volunt: ſe ſatis feciſſe arbitrãt. ſi eſſentiã potẽtiã ꝛ operationẽ rei explicauerint: pro eo ꝙ his tribꝰ rerũ oĩs integritas et perfectio ꝯſtat: Ariſt. vel illud indicãte dũ inq̃t om̃e totũ et perfectuz ſuper tria poni: vel dũ in ſeptio meta. adijcit. tunc arbitrari recte: rem ſciri dũ ſciamus ex quibus ſit: ex qualibus at ex quantis: que tria ſi recte penſitauerimus alia nequaq̃ q̃s ꝓcedentia videlicet eſſentiam potentiam et operationem rerum deſignata ab Ariſtotile offẽ nemꝰ. Proinde de peccatis breuiuſculum texturi pro adoleſcentibus libellum dicenda quoq; his tribus partimur: dicturi primum de peccati

multiplicitate: ꝙ illius poteſtas ſiue quantitas dimetitur:
hinc de illius definitionibus quas varias varij cōſtituerūt
Ac tertio de illius etiā effectibus: operationibus et reatibꝫ
inſequētibus quo ſic etiā quiditatem ymo et peccati quali
tatē complecti: omnē ſimul peccati ambitū videamur: q̄ꝫtū
hoc compendio confieri potuit: explicauiſſe.

## Caput Primum.

De peccati cognitione ingenerali: per ſextuplicem
illius diuiſionē: qua peccati ambitus continetur.

Ex vniuerſis: que magna multaq; et magni mul
tiq; doctores et ſancti: de peccatorū amplitudine
ſcripſerūt. Inuenio ad ſex diuiſiones: peccati mul
titudinē poſſe: reſtringi. Diuiditur equidē primo peccatuꝫ
In originale mortale veniale: quam arbitrantur diuiſionē
ex parte reatus peccato obtigere: pro eo ꝙ ad reatum aliuꝫ
atq; aliū hoc illudq; obligat: peccantē: quo circa et nec hec
diuiſio vniuoci eſt. Sed anallogi potius cuiuſpiā pro eo ꝙ
nomen ipſum venialis mortaliſq; peccati id explicet hoc a
venia illo a morte: deducto: et ꝙ nequaq̄ꝫ eadem ratio vo
luntarij in actuali: originaliq; offenditur: cuꝫ illud propria
cuiuſq; cōmittentis. Illud aliena et prothoplaſti preuari
cantis. voluntate conſiſtat: Quodq; etiā nequaq̄ꝫ ad ean
dem ſed diuerſas penas obligant. Mortale quidem ad hie
hennā ideſt penā eternā. Veniale ad penā temporalē pur
gatoriūq;: Originale vero: ad penā duntaxat viſionis diuie
priuationis: Vnde non inepte: hec peccatorū genera qui
dam (vti Bonauētura) corporaliū egritudinuꝫ conditione
et aſſimilatione expreſſit. Inquiēs ꝙ vti quedam ſit corpo
ris egritudo que cum natura producitur: vti podagra: que
dam vero que naturā debilitet: ſed nō proſtituat: vti inter
polata quedam febricula. Ac tertio quedam ſit: que naturā

egrotationis vita explicet: vti cõtinua febris ita: traducat
originale peccatũ cum natura: dicente Paulo: quia naſce-
mur omnes natura filij ire: Mortale vero peccatum deſtitu
at ſpiritalem vitam: cuius forma et origo gratia: exiſtens
nequit cũ mortali conquieſcere. Unde Eſechiel recte dixit.
Anima que peccauerit morietur: At veniale peccatuz ideſt
quod debilitat quidem: non deſtituit vitã: Unde et morſui
pulicis: leniter pungentis. In aĩa veniale ſimile quiddaz
gerit: et mortale morſui ſerpentis in ſinu: totã vitã veneno
aufferentis: Unde et alia quoqz ſimilitudo prodit: vt ſit ve
niale: ſimile aque ſtillis: paucis intra coquentẽ: ollam leni-
ter inſperſis: que feruorẽ quidẽ deſtituũt: at calorez olle con
coctionẽqz nõ aufferũt: verũ mortale: ſimile eſt multe aque
intra ollam bulientẽ profuſe: vbi non tam feruor tollit: ſed
calor omnis cõcoctioqz penitus deſtituitur. Tollit quippe
charitatem mortalis culpa: abs qua nequit vita ſpiritalis
conſiſtere: et id de prima peccati diuiſione. Cui ſecũdo loco
ſubnectitur. peccati eiuſdem in peccatũ cordis oris et ope-
ris diuiſio: qua progreſſus quidã et gradus peccatorũ deli-
gnatur: deſignante id Hieronĩo duz inquit. Tria eſſe pecca
torũ genera: quibus humanũ genus ſubiacet: aut eñ cogi-
tatione: aut ſermone: aut opere peccamus: quibus tamen a
quibuſdam conſuetudinis vl' vt quartus gradus ſuperadij
citur: vt ſic quatriduani Laſari reſuſcitatio peccatorũ remi
ſſioni comodius: applicetur: quanqz non deſit nobis diuus
(quarto moraliuz) Gregorius: qui in octo vſqz gradus pec-
catũ exorbitare ſupputauerit. Primo gradu: a delectatione
ſenſuali et veniali quadã mali ſugeſtione: exorſo. cui ſecũdo
loco ſuccedit moroſa delectatio: et abſqz tamẽ in opus deli-
beratione: propenſior cogitatio: quã tertio gradu delibera-
tio cogitationis in opus: aggrauat: et quartũ gradũ conſti-
tuit: ſi defenſio ſiue in ſeipſo peccati excuſatio (inſtar primo
rũ parentũ) ex peccante prorumpat: Cui ſi peccatuz operis
ſed occultũ acceſſerit: quintus gradus eſt. Quod ſi in mani

feſtū prouulgetur. Jam mole maiori ſextū gradu ꝫ obtinet
peccatū:ſcandalo vicinatū. Quod poſthac ſi in conſuetudi
nē duxeris ſeptimū gradū:tenes.et tandē octauū ſubis gra
dū ſi iuncta peccatis deſperatione: obſtinatus perſeueres:
his eīn gradibus:tot ꝙ proceſſibus a rationis tramite lege
qꝫ eterna:nobis per decalogū expreſſa: paulatina quadam
deuiatione: imus: in regione ꝫ diſſimilitudinis longe a deo
cui:per gratiā aſſimilamur approximamuſqꝫ. vti ediuerſo:
per peccatū.ruimus in preceps et id quidē de hac diuiſione
ſic ſe habet. Cui tertia diuiſiōe nectitur.peccati: in peccatū
in deū:in noſmetipſos et proximū:cōmiſſū:partitio.per ob
iectū peccādi illa deſumpta:conformiter ad virtutes:vitijs
contrarias.quarū alique:noſtre ſūt mentis ad deū:ordina-
trices vti theologice. Alie ad proximū:vt iuſtitia. Alie vero
noſmetipſos quo pure viuamus:excolunt: quales temperā
tia modeſtiaqꝫ et cetere nūcupanꝫ. Et tāetſi homo nequeat
deū inmutabilē:vllo offendere:quātūuis a ratione recte vi-
tionẽ. Et ediuerſo quod eſt mortale ex genere fit veniale ex
diſpoſitione agentis ꝓpter hoc videlicet quia eſt actus im-
perfectus: non deliberatus a ratione vt cogitatio de adulte
rio: cui non aſſentit ratio.

## Caput Duodecimum.

De effectibus ſiue etiã nocumentis veniale peccatum
inſequẽtibus et quomodo veniale tollatur.

Vnt aũt venialis peccati effectus: ſiue: nocumẽ-
ta nõnulla: que nũc narrabimus. Primũ eñ no-
cumẽtũ eſt: ꝙ macula anĩe. i. impeditio exterioris

fulgoris et nitoris actualis operũ bonorꝫ. Proprie eñ lo-
quendo: maculã non niſi mortale: inuehit: dicẽte Gregorio
ꝙ mentẽ nequaꝙ̃ cogitatio ĩmunda coinquinat. i. maculat
ſed tamen hãc per delectationẽ ſubiũgit. Secundũ nocumẽ
tuꝫ eſt imminutio feruoris charitatis: vti aqua buliẽti olle
iniecta: etſi nõ extinguat calorẽ: reprimit tamen feruorem.
Tertiũ ꝙ eius crebra cõmiſſiõe poteſtas aĩe in bonis ope-
ribus laſſat̃. Quartuꝫ ꝙ retardat a gloria: qꝛ homo: qui hec
non cõmitteret deberet poſſetqꝫ ſtatim poſt mortẽ euolare:
verũ ob hec quoqꝫ cogitur nonnũꝙ̃ aliquandiu expectare.
Cum oporteat intraturuꝫ paradiſũ: adeo vſqꝫ munduꝫ eſſe:
qualis fuerit poſt baptiſmũ. Quintũ ꝙ bona celeſtis glorie
diminuũt̃ non quidẽ illa que iam debent̃ ⁊ que per merituꝫ
iam illic repoſita habemus: ſed q̃ deberent̃: ſi venialia nõ fi-
erent: cũ in eodem tempore: nõnulla bona fieri poſſent: cum
hec venialia obtingũt. Quocirca etiã poſt perpetrationem
venialiũ oportet nos quedã ſatiſfactionis opera: ad ſolutio-
nẽ huiꝰ debiti ꝯuertere: q̃ alioquin in augmẽtũ premiȷ̃ eter-
ni concederẽt. Sextũ nocumentũ eſt ꝙ venialia crebro ſunt
mortaliũ occaſio. Septimũ ꝙ peccatum veniale obligat ad
penã vel temporalẽ preſentẽ vel purgatoriȷ̃: vbi hinc in grã
abſqꝫ ſatiſfactiõe ꝯceſſerit. Nec poteſt veniale abſqꝫ morta-
li remitti: pro eo ꝙ ꝙ̃diu charitas non reſtituit̃ per peccati
mortalis dimiſſioneꝫ. nec feruor charitatis reparari poteſt:
qui eſt per veniale remiſſus peccatũ. Cũ autẽ nõ ita nectãt̃
inter ſe et in auerſione a bono cõmutabili venialia vti mor-
talia poteſt alteruꝫ abſqꝫ altero remitti: nõ obſtãte quod id
nequit de mortalibus confieri. Remitũt̃ aũt vt in verſibus
tangit̃. Confiteor tundo conſpergor ꝯteror oro. Signor edo
dono per hec venialia pono.

## Caput Tredetimum.

De modo a reatu venialis peccati purgandi: et quibus
in locis: quibuſqꝫ miniſtris: anime purgentur.

# quomodo purgentur.

Vandoq̄dez peccatoꝝ venialiū: alia ſūt alijs ma
ioris adherētie: prout affectus magis ad ea incli-
naꝛ ⁊ in eis fortius figitur: ⁊ ſic ea q̄ ſunt maioris
adherētie tardius purganꝛ. dicente Apoſtolo. i ad Corint. 3.
Si quis ſuperedificauerit ſuper fundamentū. i. fidez viuaz
lignū fenuz ſtipulā ipſe ſaluus erit ſic tamē q̄ſi per ignē: qbꝫ
diuerſa venialia ſignanꝛ. Purganꝛ aūt ab his venialibꝫ aīe
ſola diuīa iuſtitia ignē incendēte: nullo intercedente demo
nū miniſterio qui peccati erant incentores. Nec quidē mi-
niſterio angeloꝝ qui conciues futuros ſuos non tam vehe
menter affligerēt. quanq̄ꝫ nō incōgruat exiſtimare angeloꝝ
miniſterio animā in locū pene deduci: comitantibꝫ etiaz de
monibus: et de hoc exultantibꝫ: ꝙ eoꝝ penis ſatiētur: ꝙq̄ꝫ
etiam in aīarū exitu a corpore: quiddā etiā ſui reperierint
ꝙ aūt huiuſmodi purgatoriū exiſtat: Machabeoꝝ ſcriptu-
ra teſtaꝛ inquiēs: ſancta et ſalubris eſt cogitatio pro defun-
ctis vt a peccatis ſoluanꝛ: qḋ nec ꝺ damnatis: nec beatis in-
audiri pōt: verū de purgādis hoc ē in ſtatu grē decedētibus
dicēte etiā Auguſtīo: ſi cōuerſꝰ peccator fuerit vita viuet et
nō morieꝛ. Nō tn̄ ꝓmittimꝰ: ꝙ omnē ille penā euadat: quī-
ymo priꝰ ē purgatiōis igne purgādus. Ueꝝ vbi locꝰ purga
torij exiſtat: nl̄libi expſſū eſt ſcripture locis: ne quidē ad hoc
rōnes induci poſſunt ſuffitiētes. ꝓbabiliter tn̄ magiſq̄ꝫ ꝯſōe
ſanctoꝝ ſentētijs dr̄: geminū eſſe purgatiōis locū ꝺſignatū.
Vnū: lege ꝯmuni. ⁊ hūc locū circa limbū eſſe doctores aſſe-
rūt: Aliū vo ꝓ ſpēali dei diſpoſitiōe: quō euenit aīas ī diuer
ſis locis nōnūq̄ꝫ ob celeriorē ſuā releuationē: vl̄ ob viuentiū
admonitionē: viuētibꝫ aliq̄n appareꝛ: vti hniꝰ multa in dia
logo Gregorij ⁊ alioꝝ libris: recēlenꝛ. Qui ignis purgatoriꝰ
tāetſi eternꝰ nō exiſtat: miro tn̄ mō grauis eſt: vt oēm aliaz
huiꝰ vite penā lōge exuperet. Rationē eiꝰ diuo Thōa tale3
texēte. Qḋ cū dolor non ſit leſio: ſed ſenſus leſiōis tanto ma
gis aliq̄s dolet: de aliq̄ leſiōe q̄ꝫto magis eſt ſenſiuus. Et cū
totꝰ ſenſus corporis ſit ab aīa: ⁊ ipſa aīa igne purgatorij
ꝯtingaꝛ ꝓmum. Neceſſariū illic eſt maximā eſſe doloris per
ceptionē. Ac per hoc oēz p̄ſētis vite penā ſupari et afflictiōz.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0052-2

# Liber tertius de peccatis in ſpetia-
li confeſſione pura diluendis.

Vando aūt hos potiſſimū: hac de re cōpegimus libros: vti his diſcant: quo nā pacto diuiniſſimā acceſſuri Euchariſtiā (pro diui Pauli monitis: ſm oēs vires ſuas ꝓbent: ob quod et pͥmū mirabilia q̄dā recenſētes: horū poſſibilitatē perfūctorie oſtendimꝰ: quo his intellectꝰ facilius credendo adherēs probatꝰ habeant: Mero compendiaria: quadā in calce eiuſdē libri aliarū viriū: videlicꝫ affectꝰ et ꝯſcientie ſcrutationē: Verū cū nō ſufficiat: ad aīe p̄dictas vires limandas: vniuerſalis et cōfuſa peccatoꝝ cōmentatio: qualē nos ſecūdo libro tot definitiōibus ⁊ diuiſionibꝫ ceteriſqꝫ id genꝰ annotamētis: verſauimꝰ. Sed ſpeciuoca quedā ſuperexigit peccatoꝝ ſm circūſtantias ⁊ in partes eorū ſectiōes: cognitio: q̄ ꝯfeſſiōi ſacramētali ſaltē in voto ad ſalutē neceſſarie: comodo ſit ⁊ ſufficiat: quo ſic ſingula queqꝫ: q̇buſlibet rei oportūis circūſtantijs obſuatis remēorata: ꝯtritiōe pͥmū proterātur: ac hinc pura ⁊ integra ꝯfeſſione diluant: et per hoc qui accedere nitit: pro Pauli hortamēto: ꝓbatus (q̄ꝫtū humana fragilitas permittat) habeat. Ideoqꝫ recenſitis pͥmo libro Euchariſtie mirabilibꝫ: ⁊ aliq̇d de purgādis viribꝫ epilogis. In ſecūdoqꝫ vniuerſalibus peccatorū generibus ⁊ circūſtantijs: hoc nūc tertio: peccatorū vnūquodqꝫ (quantū hoc diplomate confieri poterit) ſigillatim et quidem ordine: quodā: quo ſit facilius mēorata integre explicentur) ſubijciemus. Magis in hoc adoleſcentie: q̄ dociles primū ſurgunt in annos: q̄ꝫ profectis conſulere moliti ob q̄ð et quo nā pacto qui confiteri vult: cōſtitutus eſſe debeat: primitꝰ hic recenſebimꝰ. Prenotatis tamē antehac dicendoꝝ capitibus quibus cōpendiario cernatur que toto hinc libro afferantur.

## Caput Primum.

Confeſſurus quomodo inſtitutus penes ſe eſſe debet: et quomodo eius confeſſio conditionata.

# CAPITVM LIBRI PRIMVM.

Confeſſurus quomodo inſtitutus penes ſe eſſe debeat et quibus cõditionibus eius cõfeſſio ſtipata.

Caput Secundum.

De peccatis quinqꝫ ſenſuũ exteriorũ quomõ cõfitẽdũ & q̇d qualeqꝫ peccatũ ĩ illis exiſtimandum.

Caput Tertium.

De ſex operibꝫ miſericordie tam corporalibus q̃ ſpiritualibus quomodo confitendum.

Caput Quartum.

De ſex in ſpiritũ ſanctũ peccatis q̃ ſint: quomodo cõfitenda et cur irremiſſibilia dicantur.

Caput Quintum.

De ſeptem capitalibus vitijs ſiue mortalibꝫ peccatis earumqꝫ filiabus et neptibus quomodo confitendum et Primũ de Superbia.

Caput Sextum.

De Auaritia ſecũdo capitali vitio q̇d ſit & de eius filiabus neptibuſqꝫ quomodo confitendum.

Caput Septimum.

De Luxuria tertio mortaliũ vitiorum capite deqꝫ eius filiabus & multiplicitate quomõ cõfitendũ.

Caput Octauum.

De Inuidia quarto mortaliũ peccatorũ capite eiuſqꝫ filiabus quomodo confitendum.

Caput Nonum.

De quinto mortaliũ capitũ videlicet Gula ꝗ eius ſpetiebus quomodo confitendum.

Caput Decimū.

De Ira ſexto mortali peccato qd ſit: q̄ multiplex: & de eius filiabus quomodo confitendum.

Caput Vndecimum.

De ſeptimo mortalium capite accidia: deq; eins filiabus: modiſq; quomodo confitendum.

Caput Duodetimum.

De octo beatitudinibus noueq; alienis peccatis. que ſint: et quomodo confitendum.

Caput Tredecimum.

De preceptis Decalogi: que ſint qnomodo intelligantur: et de his confitendum.

Caput Quarūdecimum.

Compendiario diſtincto triplici credendi modo: articulos fidei enumerat & explicat.

Caput Quintūdecimum.

Q Eucharistie ſacramentū digne probateq; accedentibus duodecim preſtat comoda & contra inuectos ab origine morbo anthidota.

Caput Sedecimum.

De ſecūdo tertioq; vniuerſali quod incidimus detrimēto et Euchariſtie ātidoto aduerſū hoc ꝓuiſo.

Caput Decimūſeptimum.

De ſeptem ſuper vigīti vtilitatibus ſpetialibus ab Euchariſtia: probe accedentibus: conferendis.

# Confitẽtis ⁊ cõfeſſionis cõditioues

Ametſi autẽ plurima ſunt: que in legittime confe
ſſuro: enitere debeant: quo eius confeſſio ſalubris
deprehendat̃: tamen breuitati ſtudentes: tribus
regulis id perſtringimus. Debet equidẽ primo quiſquis cõ
fiteri velit impiger accuratuſqꝫ meditari: quidnam habeat
quod confiteatur. Id comode faciet. Si locorũ temporum
perſonarũ offitiorum negotiorũ quibus cum et ſub quibus
toto ab hinc anno ſit diuerſatus exacte reminiſcet̃ his equi
dem velut locis memorie vtetur et tum quid egerit: facillie
in animũ reuocabit. quo integra ex his ſic collectis cõſtitu
atur. Id ni fecerit: ſi quid ignoranter poſthabuerit: a pecca
to nõ excuſatur ſed negligẽtie cõteſtabitur: ⁊ ſupine craſſeqꝫ
iuſtitie. hoc ſic perfecto. Secundo concedat: in locũ aut ſece
ſſum quem piã ac que accuratiſſime recollegit: nunc in par-
tes numerũqꝫ redigat: quo confeſſioni apta fiant: efficiatqꝫ
hoc modo mentalẽ quandam deo cõfeſſionẽ. adhucqꝫ iterũ
per loca tempora perſonas negotiaqꝫ diſcurrens: reuocet: ſi
qua forte nedum confitenda agnouerit: debet equidem eiuſ
modi in remiſcendis peccatis eſſe hominis opera et diligẽ-
tia qualem in re omniũ maxima habendã duceret: hoc itex
perfecto. Tum tertio peccata ſua velut in ſpeculo in proſpe
ctum reuocet ſuũ: exacerbetur: et velut horreſcat memorãs:
talia ſe admiſiſſe: firmiterqꝫ cõſtituat ſimilia poſthac nũqꝫ
ſe admiſſurũ. Sicqꝫ inter ſpez metũqꝫ anxius contrituſqꝫ:
accedat cõfeſſorez intrepidus: ac confeſſionẽ ordiatur. verũ
talẽ cõfeſſionẽ que ſit ſimplex: ſine falſi admixtione: hũilis
ſine fictione. pura cũ recta intentiõe: fidelis abſqꝫ cuiuſpiaz
occultatione. nuda abſqꝫ verborum ambage. diſcreta abſqꝫ
peccatorũ paruipenſione ſed cuiuſqꝫ pro ſui grauitate taxa
tione. verecũda abſqꝫ iactatione. Integra ſine diuiſione. ſe
creta abſqꝫ proximi accuſatione. lachrimabilis cuz deteſta-
tione. fortiterqꝫ fiat abſqꝫ recidiuatione: accuſanſqꝫ exiſtat
in neminẽ culpã ſuam reijtiendo et parere parata: pene in-
iuncte et ſuſcepte expletioni: que conditiones quo facilius

memorentur: his verſibus cõtinentur. Sit ſimplex humi-
lis cõfeſſio pura fidelis. Atqꝫ frequens nuda diſcreta libẽs
verecunda. Jutegra ſecreta lachrimabilis accelerata: fortis
et accuſans et ſit parere parata.

## Caput Secundum.

De peccatis quinqꝫ ſenſuũ exteriorũ quomodo confi
tendum et quid peccatum exiſtimandum.

Js omnibus: modo quo diximus: animaduerſis:
perfectiſqꝫ: peccator in amaritudinẽ aĩe factus:
orationẽ (ſi vacat) ad deũ: omnis miſericordie pa
trem: fundat. vti cepta ſecundet: dicẽte Dioniſio: ante om̃ia
autẽ theologiã: i. de deo ſermonẽ ab oratione incipere opor
tet: quo facto ac quaſi venia impetrata: ꝯſignatus cruce: cõ
fidenter irrũpat: ac a ſenſibus: que vitiorũ porte (extent) ex
orſus: ſeriatim ad alia pro numeri exigentia: proficiſcatur.
Nam tametſi ſenſus: nec vitiorũ nec virtutum ſubiecta ex
iſtant. peccandi tamẽ indubie occaſionẽ preſtant: niſi cuſto-
diantur. Jdeo confiteatur. Male ſe vſum viſu ſuo: videndo
oblectabilia: laſciua: luxurioſa: neqꝫ auerterit viſũ ab illece-
bris: vnde effectũ ſit: vt in moroſam cõciderit: luxuriandi co
gitationẽ: in inſomnia polluciones: in opus deniqꝫ peccati
⁊ ſi quid ille etiã articulatius viderit: obſcena hominũ: aut
pecudũ: male inde cogitatu: aut opere affectus: id totũ ne
conticeat. Jdem de auditu. ꝙ et illo abuſus ſit: contamina:
obſcena: fabellas: proximi detractorẽ: fictas ſui laudes au-
diẽdo: quibꝫ et ipſe poſt inordinatos ſenſerit cogitatus: affe
ctus: operaqꝫ et ne dum q̃ eiuſmodi intentiua audierit: ſed
⁊ ipſe quo alij audirẽt: obſceni garritus autor extitit. Jd q̃d
de olefactu. ſi occaſionẽ hinc accepit ob feditatem pauperũ
neceſſitatẽ nolle ſcrutari: aut intueri languidos: abhomĩari
male affectos. Si vt ille placidus eſſet etiã veſtiũ vel aliorꝫ
mẽbrorꝫ odoribus alios incendit. De guſtu per hũc modũ: ꝙ

magis exquiſite q̄ꝫ par erat cibos inſtruxit: ꝙ magis irrita-
mentis q̄ꝫ inedia adactus cibū auidius ſūpſit: ꝙ familiam
dū ſacris intereſſe debebāt: negligere: ob nimiū cibi appara
tū intētauit. ſicqꝫ magis q̄ꝫ digerere potuit: ingeſſit. ex quo
dei ↄtemptus negligentia bonorū operū proſerpſit. Et tan
dem de tactu quoqꝫ confiteat̄. Si extra neceſſitatē puden-
das corporis partes: vel ſui vel alteri⁹: in irritamētuꝫ: cōtre
ctauit. ſi ſuauiauit ſi cōplexus eſt. ſi item quicpiam deterio-
ris molitus eſt: tangendo: id ne celet ſed edicat omne. Has
ergo chriſtianus: diligenter obſeruet feneſtras: nam negligē
tius cuſtodite: latū preſtant irrūpendi: morti occaſioneꝫ. vñ
et in his ſenſibus: veluti primo lumīe intercipiēdi ſunt: ſen
ſuales motus: ne laxius progreſſi rationē intentent ⁊ inuer
tant: et voluntatē vti in eligendo peccet interturbent: ſicqꝫ
preceps ruat homo in vitium.

# Caput Tertium.

De ſex operibus miſericordie corporalibus et ſpiri-
tualibus quomodo et quid confitendum.

Onfiteatur hinc de ſex miſericordie tam corpora
lis q̄ꝫ ſpūalis operibus: q̄ his explicant̄ verſiculis
Viſito poto cibo tectū do: veſtio tumbo. De quib⁊
ↄfiteatur primo. Q̄d habēs oportunitatē et facultatē infir
mos nō inuiſerit: eis neceſſitate miſtrata: verū magis abho
miat⁹ eoſdem: eſto ꝙ vnis edibus ſecū clauderent̄: agnatiqꝫ
eſſent aut affines. Quodqꝫ in neceſſitate cōſtitutos habita
oportunitate ⁊ facultate: nec cibauit nec potauit eſurienteꝫ
ſicientēqꝫ: cū id vł per ſe vł familiā curaſſe potuiſſet. Q̄dqꝫ
nec hoſpitio egenos excepit: extorreſqꝫ ⁊ aliena limīa luſtrā
tes. Nec cum potuit: veſtiuit pauperes: nec cohumauit de-
mortuū: nec funus inſecutus eſt cū potuiſſet. Idem de miſe
ricordie ſpūalis operib⁊ ſex hec verſu notatis. Cōſule: caſti-
ga: ſolare: r̄mitte: fer. ora: ſi autoritate ⁊ ratione p̄ſtans: non
ↄſuluit: vł perſone vel reipub. ſed icōſulto: ea diſperire ſiuit:
Si conſult⁹ deteriora ſuaſit. ſi errātes vł offitio vel priuat⁹
ad ſe pertinētes non caſtigauit: ſed timens parui iacturam

peculi offendere noluit: vt animã deo lucraret̃. adoleſcentẽqꝫ: quod crebro fit: eriperet ab interitu vel morum vel vite. Si ſolatus non eſt meſtũ quin ymo de iactura proximi meroreqꝫ potius hilaratus. Si rancorẽ ex corde nõ dimiſit: dũ iniuriatũ ſibi quẽpiã putauit. Id enĩ tenet̃ etiã non petẽti quãtũuis remiſſionis ſigna illi: niſi petenti. oſtendere non teneatur: niſi de cõſilio ⁊ opere perfectionis. Si nulla in aduerſis vſus eſt patientia: nec cõpaſſus proximo eſt. nec etiã calamitatis faſte pro viribus dum potuit et vacauit: illum leuauit. Si pro proximo pro defunctis pro tranquillo eccleſie ſtatu non orauit. Si cũ poſſit egenũ a calũnia ĩterpellãdo redimere: abſtinuit. Ipſeqꝫ etiaꝫ oranti et dep̃canti pro quauis neceſſitate (dũ poſſet ⁊ oportuiſſet) inexorabilis fuit: hec et his ſimilia de miſericordie operibus confiteat̃. Tã etſi enĩ mortalia omnia ex genere nõ exiſtant: tamẽ nõ paucis vicibus modiſqꝫ ⁊ circumſtantijs in culpas vergũt mortales vñ cõfitenda et ſub ambiguitate: pro peccatis deploranda

## Caput Quartum.

De ſex in ſpiritũ ſanctũ peccatis: que ſint iſta: et quo modo irremiſſibilia nominãtur.

Hinc etiã de ſex in ſpm̃ ſanctũ peccatis ꝯfiteatur. Eſt aũt huiuſmodi. quod ex malitia proficiſcitur videlicꝫ ſi cui placet vt nec ſint nec aſſint illi ea q̄ a peccatis vel impediãt vel retrahant cõdiſtincta peccatis ex infirmitate ꝯtra patris potentiã. et ex ignorantia cõtra filij ſapientiã procedentibꝫ. ob quod et hec quidem remiſſibilia ꝙ infirmitas et ignorantia volũtariũ minuant et peccatũ alleuiẽt. Iſta vero in ſpiritũ ſanctũ irremiſſibilia appellent̃: ꝙ electiue et ex certa malitia veniam excludẽti ſcaturiant. Confiteat̃ igitur ſi vnqꝫ preſumpſerit deũ abſqꝫ meritis: etiã in peccato perſeuerãdo illi veniã daturũ: hacqꝫ falſa opiniõe in peccatis delituerit: vl' hodie deliteſcat: ac per

ſeueret ꝯfiſus fore vti tamen deus illius miſereatur. Si itē
ſecundo. adeouſqꝫ in aliquo peccatorū genere ſubmerſus fu
erit: vt credat deū: nec parſurū illi: nec veniā largiturū: nec
ſe peccatum dimiſſurū ac per hoc deſperauiſſe. et ex hac de
ſperatiōe in dies deteriora moliri. Si tertio etiā vnqꝫ veri-
tati agnite obſtitit: contendendo fornicationē eſſe nō mor-
talem. Nec tantū inferni penā: qualis enuntiatur: quo ſic
a peccatis ſuis minus deterreat̄. Si item de gloria dei ⁊ be
atorū in terris magnificata. Inuidentia quadā male locu-
tus eſt vel ſenſit vel cogitauit perinde inuideat: yperduliā
virgini et cruci exhibendā inſtar iudeorū blaſphemantiū
perſonalem chriſti vnionē. Si quinto nullis monitis a pec
cato temperare velit ſed intendit in codē finaliter perſiſtere
obſtinatus. Si item de eodem crimine ſibi hanc corruptelā
conſuetudine in natnrā vertit: vti nūqꝫ penitere intendat.
Hec inqꝫ de ſex iſtis confiteatur. que his verſiculis perſtrin
guntur. Impugnās verū: preſumēs: ſpemqꝫ relinquēs: hinc
induratus: odiens quoqꝫ fratris amorē: Emendā ſpernens:
impugnant pneuma beatum.

## Caput Quintum.

De ſeptē vitijs capitalibus: et eorum filiabus ſiue peccatis
mortalibus et primo de Superbia: quid confitendum.

Inc de ſeptem capitalibus vitijs: videlicet ſuper
bia: auaritia luxuria Ira gula inuidia accidia: et
earū filiabus ſiue ſpetiebus: et primo de ſuperbia
q̄ eſt proprie excellētie inordinatus appetitus confiteatur.
Et qr prima ſuperbie filia: Ambitio eſt inordinatus honoꝝ
appetitus. Ideo de ea confiteatur. Si vt aſſequeretur bene
fitiū vel offitiū mortale peregit peccatum: vtpote a manu
a munere vel ligua obſeqniū. Si extra neceſſitatis caſū: nō
vnū. ſed multa aſſecutus eſt benefitia. Si noſcens ſe vel ra
tione crimis vel ſcientie indignū nihilominus acceptauit
contra canones benefitiū: Si animarū curā ob honorē: nō

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0060-6

vt proſit:ſed preſit:nanciſci voluit. Preſumpſio hic ſecūda
filia eſt:animi faſtus:quo quiſpiā q̄ ſupra vires ſunt aggre-
ditur de qua confiteatur.ſi vnq̄ꝫ ſe mortaliū peccatorū peri
culis expoſuit:vt ebrioſorū combibitioni:luxuriantiū cetui
Si dum declinare potuit:ludicra:/luxurioſaqꝫ et verba ⁊ fa
cinora vltro audiuit. Si choris mulieruꝫ ſe impudice imiſ-
cuit:abſqꝫ neceſſitate non cauto ſibi a mortalis incendij pe-
riculo. Tertia hic filia Curioſitas:ſuperſtitioſa quedā:rerū
minus neceſſariarū cognoſcendi voluptas:de qua cōfiteat̄.
Si dūtaxat ob ſuperbiā diſcere:aut noſcere voluit:quo talia
ſcire:ſciretur. Si a demoniacis quepiā vel manticis inqui
ſiuit. Si prohibita noſcere intētauit/vt incantaiones: car i
minatiōes:diuinatiōes: Si ſecreta hominū. vti confitētis
peccata:dum cōfiteretur.noſcere voluit. Si intendēs curi-
oſis:neceſſaria ſalutis neglexit:et nō diſcere curauit. Si ea
que ad peccatū inducunt:cognoſcere geſtiuit:vti concūben-
tiū opera. Si quoſpiā:prece vel precio induxit:vt ſuſpitioſa
prohibitaqꝫ exercerent. Quarta hinc filia Ingratitudo nū
cupatur:que eſt accepti benefitij vel obliuio:vel per malum
recompenſatio.de qua cōfiteatur. Si dei benefitia nūq̄ꝫ re
coluit. Si deo:pro his grates non habuit. Si benefactori ni
hil rependit. Si ei ob acceptū benefitiū:malefitiū iniurias
contumeliaſve rependit. Quinta hinc filia Temerariū eſt
iuditiū/de/quo confitendū. Si/iudicandi offitiū.cuꝫ autori-
tatē non haberet ſibi vſurpauit. Si indubijs deterius iudi
cauit. Si ex leuibꝫ ſignis. ꝯiecturis ſuſpitiōibuſqꝫ: aut ma-
la affectiōe de proxio malū īdicauit ⁊ diffiniuit. Hic ſexta fi
lia ē adulatio q̄ eſt q̄dā iordinata/ꝯplacēdi alteri/ꝑ falſa.vel
ꝟa minꝰ recte narrata libido.ð quo ꝯfitēdū Si ꝑrimipctm̄
laudauit.cū increpare potiꝰ debuit. ſi adulādo ðcipere intē
dit. ſi laudādo ex malo deteriorem fecit. Poſt has ſeptima
extat filia Irriſio.de q̄ ꝯfitendū.ſi vnq̄ꝫ deū irriſit. quod eſt
grauiſſimū peccatū. Si ſtatiōes vel ſacramēta. ſi parentes
vel preceptores. ant prelatos. Si monachos vel religioſos

# De Superbie filiab' ⁊ vana gloria.

Si in eccleſia dū deuoti ceremonias deuote excerent illos
pſe deriſit. hinc octaua filiā dei eſt tentatio: de qua cōfiteat
ſi notabili mortis: morū vel fortunarū periculo extra nece
ſſitatē ſe inmiſcuit. Hinc nona pertinatia: ſi errans pertina
citer errorez defendit. Decima eſt arrogantia: q̄ eſt falſe ſibi
laudis arrogatio qua confiteat̄. ſi pauperē deſpexit. ſi eos q̄
bus preeſſe debet vel regere: nō dignatus eſt alloqui. ſi inter
rogatus: ne quidemreſpōdit. Poſt has ſuperuenit quedā la
bes altera ſuperbie cognatiſſima vana gloria nuncupata. q̄
tum fit cū quiſpiā ſibi gloriā mundi: laudez popularem vel
quorundā cōmendationē actiōis ſue finē preſtituit: ad deū
latius nō referēs omnia eius facta et negotia: eo referens ⁊
propter laudē humanā fatiens. Cuius filia prima. ornatus
eſt de quo confitendū. ſi expolite nimis: et magis q̄z vel ne
ceſſitas vl' honeſtas ſtatuſqꝫ exigebat: ad complacendi libi
dinē ſe veſtiuit. ſi fictiones nouas in ornādo excogitauit. ſi
obſcēa corporis obſcene ornauit: eaqꝫ vidēda exhibuit. alia
eius filia eſt inobedientia de qua ꝯfitendū. ſi feſtis indictis
ieiunijs p̄ceptis eccleſie et prelatis nō paruit. ſi ſemel in an
no ad minus cōfeſſus et Euchariſtie cōmunicatus: nō fuit:
ſi excōmunicatus ſacris ſe imiſcuit: ſi alijs participauit: vel
excōmunicatum non effugit. ſi parentibus nō obediuit. Ja
ctantia hinc tertia filia eſt: de qua confitenduz. ſi de aliquo
crimine vel ficte: vel vere ſe iactauit. ſi ſe iactando: alios de
terioris volebat: cenſeri cōditiōis. Quarta eſt pertinatia q̄
errori nimis perſeueranter obſtinateqꝫ adheretur: de qua: ſi
ab errore. excōmunicatione praui ꝯuerſatiōe: abſcedere mo
nitus non paruit: ſed obſtinatius heſit. Quinta eſt hipocri
ſis: de qua cōfiteatur. ſi vt aſſequētur comoda et prelaturaz
ſāctitatē ſimulauit. ſi ſub honeſti ſpetie: feda exercuit. ſi nec
ſanctitatē vite habēs nec habere curās ⁊ tamen ſanctus vi
deri cupit. Sexta hinc filia diſcordia eſt: de qua confitendū
ſi vltro vt diſcordie inter fratres proximoſqꝫ eſſent: experiuit
perfecitqꝫ. ſi noluit: ob ſuperbiā: alijs ꝯcordari. hic cōtentio

ſeptīa filia eſt: de qua ꝯfitendū. ſi rixas odia ſeminauit: aut ſeminata: cū poſſet nō ſuſtulit. ſi ꝯtra veritatē ob vanaz gloriā: ne vinci videret᷑: contendit. ſi cōtra iuſtitiā in cauſa iudicāda contentionē litis ꝓrogauit. et id quidem de ſuperbia.

# Caput Sextum.

## De Auaritia ſecūdo capitali vitio: quid ſit: deqꝫ eius filiabus: et quomodo de ea confitendum.

Varitia hinc ſequit᷑. inoꝛdinatus exiſtēs appetēdi acquirendi vel retinendi diuitiarū ardoꝛ. De q̄ confiteatur. Si illicite aliena appetiuerit: ſi deliberata intentione: etiā cū pꝛoximi iactura locupletari deſiderauit. ſi indignus eccleſiaſticū benefitiū: offitiū aut pꝛelaturā expetiuit: Si item per vſurā: rapinā: aut illicitos contractus: acquiſiuit: vl' acquirere intētauit. ſi vt diuitias aſſequētur moꝛtalibus peccatis ſe expoſuit: vt adulterio internūtijſve: coꝛriualiū. ſi retinuit: quod reſtituere tenebat᷑. ſi nimis ad pauperes: parcus erat: vt illis: vltra neceſſitatē ſibi ſueqꝫ familie debitaz: ex ſuperfluo: nō elemoſinaretur. Sūt autē plurime Auaritie filie: Quarū pꝛima pꝛoditio: de qua confitendū. ſi res pꝛoximi pꝛodidit: vt raperētur. ſi perſonā ſi ſecreta cōmiſſa non tacuit. ſi ſigillū ſecreti violauit. ſi lrās ſigillatas neſcio domino: et inuito aperuit. Secūda filia eſt fraus: de qua confiteat᷑. ſi legi aut edicto. ſtatutove: ſtcuris gabellis aut taxis legittime inſtitutis: frandē fecit. ſi vnaz rem vilem: pꝛo melioꝛi: coꝛruptaz pꝛo integra: fraudulenter vendidit. ſi in fraudē creditoꝛis vxoꝛi aut alijs vendidit vel donauit. ſi vendidit res pupilli vel creditoꝛis alieno ſuppoſito emptoꝛe: vt in fraudē legis: ſibi vſurparet. Fallatia hinc tertia filia nūeratur: de qua: ſi aliquod inſtrumentū bullaz vel libꝛū falſificauit. ſi in detrimentū pꝛoximi ius ſcriptnm ſupp̄ſſit. ꝯfiteat᷑. ſi ſigilla ſi mēſuras: ſi monetaz falſificauit.

## De filiabus Auaritie quō cōfiten.

Si ex falſa cauſa benefitiū obtinuit. Inquietudo mētis q̄r ta filia eſt. de qua ſi nimis ſollicitꝰ circa temporalia fuit: confiteat̄. ſi intermiſſis diuinis offitijs: miſſis ſermoneqꝫ: ad q̄ tenebat̄. ⁊ reliquis ad ſalutē neceſſarijs: addiſcere et audire neglectis lucris incubabat. Quīta eſt violētia. ſi rapinā furtumſimileqꝫ cōmiſit. ſi tyrānice ſe oſtentādo: quod ad ſe nō pertinuit extorſit. Sexta filia inmiſericordia: qua indigēti cū poteſt quiſpiā nō ſubuenit. Septīa hinc filia perſonaruꝫ eſt acceptio. ſi in iuditio: vel benefitiorū vel elemoſinarū collatione vel ad offitiū aliquod vel ſtatuꝫ ob munus electiōe aliū alij et indigniorē ꝑelegit. ſi in eligendo magis carnē q̄ꝫ ſpm̄ ꝑtulerit. Hinc turpe lucruꝫ octaua filia nūeratur: q̄ ex meretritio: ex vſura: ex carrarū vel taxillorū artifitio lucruꝫ quod turpe eſt acquiſiuit. ſi feſtis patrocinādo aut in cauſis ſcribēdo lucro intendit. ſi ludendo a filiofamilias monacho vel minorenni: quicpiā acquiſiuit. ſi dum ſabatū fuit luſit: ⁊ ludēdo vicit: pauperibuſqꝫ nō erogauit. ſi in rebus patrimonij: viro labore a parētibus q̄ſitis: ipſe ꝓdigus ſuperextitit Hec ſimiliaqꝫ iſtis curet: vt cōſciētia examīata omnio palā ſacerdote enarret.

## Caput Septimum.

### De Luxuria tertio mortaliū genere deqꝫ eius filiabus prodendis in confeſſione.

Vxuria eſt iordinatus venereorū appetitꝰ: hoc ē oīs ille extramatrimonialiter factꝰ coytꝰ. in quo gradatim ſepe cōſcenditur: donec in precipitiū veniatur. eſt em̄ primo ſenſualis ꝯcupiſcentia. hinc moroſa delectatio. tertio in opus cōſenſus. quarto impudicus aſpectꝰ quinto turpis cōfabulatio. ſexto libidinoſa ꝯtrectatio: ⁊ ſeptimo operis expletio. de quibus cū ī preceptis latius dicat̄.

# De Luxuria et eius filiabus.

hoc loco de filiabus du͂taxat luxurie proſequamur. Eſt enim
p͂ria illius filia mentis cecitas. de qua cõfiteatur. ſi adeouſqꝫ
in mũdanis occupatus fuit: ꝙ nec đ diuinis quepiã audire
oblectatus eſt: aut intelligere potuit. Itaqꝫ q̄ ad ſalutẽ per-
tineãt diſcere et intelligere: nauſeauit et neglexit. Secũda
eſt precipitatio. de qua ſi in operibus ſuis adeo p̄ceps incõſi
deratuſqꝫ fuit vt peccatis et periculis ſe imiſcuerit. Incõſi
deratio tertia filia eſt. ſi ĩcautus fuerit luxurie declinare la-
queos: nõ cõſiderãs quantũ crapuletur: neſcius ꝙ ab igne
ad inconceſſã libidinẽ proximus accedendi gradus eſt. ſi ſo-
cietatẽ mulierũ: aut virorum luxu intendentiũ nõ cauit: aut
reliquit. Quarta hinc filia amor ſui nũcupatur: de qua ſi ni
miũ: hoc eſt contra dei precepta et hominũ ſalutẽ: ſe dilexit
nolens cum poſſet deo per ceremonias ieiunia vel reliqua ſa
crifitia vel homini. per facultates (cũ poſſet) corporis: ſerui
re. ſi nimis delitioſe deſidioſe ignauiterqꝫ vixerit. ſi ad ſpũa
lia tardiuſculus ad laſciuias preſentiſſimus fuit. Hinc q̄n-
ta filia ſeculi amor dicitur: de quo ſi perpetuo in mũdo per-
manere cupiuit. ſi voluptatẽ aliquã finẽ ſtatuit. ſi nauſeaue
rit futuram. Sexta filia eſt incõſtantia que eſt quedam circa
actũ precepti defectio. ſicuti precipitatio erga actũ conſilij.
et incõſideratio circa actũ iuditij vnde ſi intendẽs bonũ ali
quod: in eo nõ ſiſtit ſed de repente in contrariũ labitur: eſto
ꝙ id preceptum nõ exiſtat. de hoc confiteatur. Septima eſt
odiũ dei maximũ exiſtens peccatorum pro eo ꝙ in eo: pecca
tor propter ſe: deum: a deo cõuertitur. Vnde ſi deũ ob pecca
torũ punitionẽ: vel infirmitatis inmiſſionem vel ob aliquod
malorũ prohibitionẽ odiuit volens deũ non eſſe: vt ſua libi
dine potiretur id cõfiteatur. Octaua hinc filia ſcurrilitas ẽ
quedã iocularitas ex defectu rõnis ꝓcedens nõ potẽte ĩtelle
ctu hũano geſtꝰ cohibere exteriores manꝰ ⁊ ligue. ſi igit͛ per
ſtulticiã in verba prorupit contumelioſa proximi offenſiua

Si in fidem ſacre ſcripture: verba: in ſacramēta eccleſie: ceremonias: in ſpiritales iocatus eſt confiteatur. Hinc tandē turpiloquiū vltima filiaruz extat: de qua ſi libidinoſis inhoneſtis turpibuſqꝫ verbis nec vtilitatē nec neceſſitatē habentibꝫ hominū aures obtudit: et magis ſi his ipſis ad peccatū ꝓuocauit: cōfiteatur.

## Caput Octauum.

### De Inuidia quarto peccatorū mortaliū capite: eiuſqꝫ filiabus quomodo confitendum.

INuidia de alienis bonis dolor exiſtens. quadrifariā obtingit. vti quadrupliciter bonū de quo inuidēs triſtatur: ab eo cōſideratur. Primo equidez cōſideratur bonū alienū: q̃zto ex eo: nobis aliquid imminere poſſit periculi: et ſic triſtati: ne ledamur nō inuidemus: ſed timemus: et eſt ſine peccato. Secūdo apprehendit bonū contriſtans q̃zto eſt noſtre glorie. i. excellentie diminutiuū et id proprie inuidia nūcupatur (exceptis p̄mis motibus quibꝫ qꝛ cōſenſus deeſt deliberatiuus: veniale remanet.) Tertio pro vt bonū cōſideratur vt nobis abſens ac per hoc cōtriſtās: ⁊ nec iſto modo: inuidia ē: ſed zelus ⁊ de honeſtis bonis. abſqꝫ peccato. De tēporalibus vero nōnunq̃ꝫ mortale: Quarto q̃zto bonū alterius cedit iniuſte i damnū noſtruz: ſicut potentia tyrāni. ⁊ de hoc quoqꝫ bono triſtari inuidia nō eſt: nec pctm̄ Sunt aūt et inuidie: filie. quarū prima odiū proximi eſt de quo et ſupra. Hic vero cōfiteatur. ſi proximi malū deſiderauit et quale: q̃ztūqꝫ: et q̃zto tempore: in deſiderio perſeuerauit: quotiēs eīn actus repetiuit: totiēs: talis proximi oſor peccauit: quod de cogitatione intelligenduz. ſi nunc id mali: iam aliud inuiderit: proximo imp̄catus eſt: rebus ſuis: perſone aut filijs: diuerſa equidē ſunt: pro diuerſitate actuuz: materieqꝫ ⁊ obiecti eiuſmodi peccata. Secūda eius filia triſtitia in proximi proſperitate: de qua. ſi in bono: proxio obueniēti

triſtatus eſt: vtpote qꝛ ditatus eſt proximus: vel honoratioꝛ habit⁹ maioris fame: aut obſeruātie. Id em̄ ſi deliberate obtigerit moꝛtale ēxiſtit. Tertia filia leticia eſt in proximi aduerſis: q̄ oppoſito modo. proximi charitati aduerſatur vñ ꝛ de hac oppoſito modo ꝯfitendū. Quarta eſt ſuſurratio et eſt inſidioſa proximi ab amico per ſugeſtionez alienatio: detractione: que famā ledit ꝛ cōtumelia q̄ honorē: grauioꝛ eo magis quo pluris ad reſtitutionē quā fur et latro teneat̄. Quinta filia detractio eſt: que ſeptē modis perficitur. quorū p̄m⁹ eſt honoris proximi occultatiu⁹. ſecūdus: boni proximi ſciēter negatiuus. tertius: boni factia proximo deprauatiuus: quartus venenatiu⁹: vt ſi p̄miſſis bonis mala cōmiſcuerit: intentione venenata: quintus occulti peccati: malo oꝛdine publicatiuus: ſextus adiecto crimine cōficto: augmētatiu⁹. ſeptimus impoſitiōe crimīs: proximi fame ꝛ opiniōis leſiu⁹ qui modi ſiue verbo: ſcripto nutuve aut ſignis fiāt: in finem detractionis moꝛtales ſunt: ꝛ ſunt rapina deterioꝛes. Tenēturq̄ȝ ad reſtitutionē: ſi eiuſmodi fuerit horū criminū impoſitio que natura ſui erāt inſamatoria: etiam ſi ſic retractās infamia notaret̄: tenetur em̄ magis famā abreptā proximo iuſto et innocēti reddere q̄ȝ famā ſibi retinere iniuſte. Sunt tamē caſus quibus retractare nō tenetur. primus vbi inde inſequeretur maioꝛ infamatio: quod fieret vbi oblita iaȝ exiſtente infamia: ille reuocaret. ſufficiūt em̄ tunc vel opoꝛtunitas daret̄: generalia reuocatiōis verba. ſecundus ſi ſine vite periculo nequiret fieri: tūc fieri debet in equiualenti. tertius ſi his dixit quibus debuit: vtpote per denūciationē vel accuſationē p̄lato: vel qui prodeſſe poterant: nō obeſſe. quartus quando talia de ſui natura infamatoria nō erāt. quītus quando dixit ſe audiuiſſe tale quiddā: nihil ex ſuo addendo niſi foꝛte id nō narratiue: ſed infamatoꝛie dicere intendeat. ſextus ſi cuiq̄ȝ dixerit: cui antehac illud notuȝ extiterat. ſeptimus. quādo ille antehac coꝛā his quibus cuȝ loquebatur: publice infāmis extiterat: his em̄ modis: nō eſt neceſſe infa

matiua retractare. Necte tamē ne dū detraxiſſe ſed detracti
onē audiſſe: directe (hoc eſt: cum ad detrahendū induxerit)
propter odiū fratris: peccatū eſt mortale. Et idipſū eſt: ſi cuꝫ
potuit: ex offitioqꝫ ſibi incubuerit (vti prelato) nō cohibue-
rit detrahentē: licet ſi nō compeſcat cū fiat ex hūano timore
vl' negligētia: et non libidine audiendi aꝓbandiqꝫ veniale
videatur.

## Caput Nonum.

De quinto mortali peccato videlicet Gula ⁊ eius
filiabus quomodo confitendum.

Gula inordinatus eſt cibariorū appetitus: de quo
Alexāder de ales inquit: ꝙ comedendi vel potādi
appetitus ꝗntupliciter obtingere poſſit. Primo dū
taxat cibū potū ve appetēdo: quod cuꝫ naturale ſit: nullū eſt
peccatū. Secūdo dūmodo tali appetitui: dlectatio adiūgit
⁊ tūc veniale efficitur. Tertio ſi appetitui tali: alicuius p̄ce
pti trāſgreſſio iūgitur: et ſic eſt mortale. Quarto: qn̄ tali ap-
petitui: finali adheret affectu: paratꝯ diuinū trāſgredi p̄cep
tū: dū aſſequi poſſit: et ſic eſt grauius mortale. Quīto: ſi tali
appetitui totā vitā dedicat ſicut diues qui ſplendide epula
batur et id eſt mortali vicinū. Sexto: ſi tantū bibit vt vſum
rōnis perdat vel ex cōmeſſatione corporis egritudinē incur
rit: qꝛ ſic nō dilexit proximū: corpus ſuū ſicꝫ ſeipſū. Id aūt ſi
aduerterit deliberateqꝫ vere vl' interp̄catiue egerit mortale
exiſtit. Niſi forte parū nocumēti inde prodire ſciat: tūc equi
dem eſſet veniale: de hac gula confiteatur. ſi debitā horā co-
medendi p̄uenit. ſi lautiores cibos ꝗꝫ ſua ꝗlitas exigebat re
ꝗrebat. ſi nimis ſtudioſe et accurate cibos p̄parat. ſi nimiuꝫ
comedit ꝗꝫ refectionis menſura exigebat. ſi modo et arden-
tiori deſiderio. de quo extat verſiculꝰ. Propere laute nimis:
ardenter ⁊ ſtudioſe. Habet aūt ⁊ hec gula filias quarū p̄ma
eſt ebrietas: q̄ ſi aſſidua fuerit mortalis eſt ob actus iterati-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0068-0

onē. Si vero rara et p̄noſcatur vini potentia: ⁊ bibentis fra
gilitas: mortalis eſt etiā. Si vero ignota fuerit vł bibentis
qualitas vel potus actiuitas: eſt veniale maius vel minus
pro exceſſu in potu vel in aduertēdo negligētia. Secūda he
betudo mētis: groſſities exiſtēs intellectus: circa ſpūaliū ap
prehenſionē: ſicuti cecitas: priuatio cognitiōis ſpūalis. Pe
ccatum tunc exiſtens: cum homo dimiſſis diſcuſſonibus de
ſalutis neceſſitate exiſtētibus: terrenis ſe īplicat: ſicut fit in
nō perfecta peccatorū cognitione ⁊ r̄cogitatione: vti integre
in rationē ferri poſſint. Tertia eſt inepta leticia q̄ pro tanto
peccatū eſt mortale: q̄tᵒ reſoluit in aliquod ꝓhibitū: vt cho
riſare tempore ꝓhibito: alioquin veniale extās. Quarta mł
tiloquiū eſt: que locutionis ſuperfluitas. videlicet q̄ nec ha-
beat vtilitatē nec neceſſitatē: plerūqꝫ veniale exiſtēs: niſi lo
quendo prauitas intēdatur: ſecus de liguoſitate que ſonat
vitiū ligue ex ꝯſuetudine praua. vn̄ et plerūqꝫ mortalis exi
ſtit. Quita ſcurrilitas: de qua cōfiteatur: ſi fecerit actus ſcu
riles ad ꝓuocandū luxuriā. Sexta eſt imūditia de qua cōfi
teatur. ſi tantū ingurgitauit: vt vomeret et rebiberet: et hic
corporis nocumētū incurrit. ſi comedit vel bibit vt extra ma
trimonialiter luxuriari poſſet.

## Caput Decimum.

De Ira ſexto mortali peccato quid ſit et de eius
filiabus quomodo confitendum.

Ira appetitus eſt vindicte: q̄ ſi extra ordinē rōnis
fiat: qm̄ ꝯtrariatur charitati: mortale eſt. niſi im-
perfectio actᵒ illud veniale permitteret. habꝫ aūt
tres ḡdus: quorū ꝑmᵒ eſt in corde vindictā appetēdo: ḋ quo
Math. 5. qui iraſcitur fratri ſuo: ſcilicet per mortale. ſecūdᵒ
in ſignis manifeſtatur qḋ fit: dū racha exꝑmit. tertius in fa
cto. inferēdo nocumētū vindicte liuore: quoꝝ ſi primus mor
talis: alij nimirū ſunt grauiores. habet etiā ⁊ ira filias ſuas
q̄rū ꝑma ē rixa ⁊ bellū: inter ꝓuatos exiſtēs: ex īordinata vo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0069-0

lītate:de qua cōfiteat᷑.ſi cuꝫ proximo ad arma venit et eum
enormiter leſerit.ſi vindictaꝫ appetiuit. ſi noluit loqui ſibi:
aut recōciliari.Secūda filia eſt mētis tumor:qui eſt conatꝰ
quidā vindictā intendētis:tū prodiēs in actū dum q̄ſpiam
mentē ſollicitat pro varijs vindicte exercēde vijs et primuꝫ
offendendi.Tertia indignatio:de qua confiteat᷑. ſi denegat
loqui proximo duꝫ tenet᷑:nec recōciliari illi. Rancorē eīn di
mittere neceſſitatis eſt.penā vero pro cōmiſſo remittere:nō
tenet᷑ niſi de cōſilio.Sūt p̄terea rācoris ſigna que ꝓpinqua
vt loqui nolle obuiāri nec intueri eundē:cū prius ſolitus fu
erit.et hec quidē ſigna pariter intermittere tenet᷑ cōfeſſurꝰ.
Quedā vero remota vt nō familiariter ꝯuerſari:nec ſecū cō
municare:mutuis acceptis redditiſqꝫ ſeruitijs.et ad hec re
mittenda nō tenetur niſi petat ex eodē.ſatis faciatqꝫ ꝓ iniu
ria damnoqꝫ infecto.Eſt p̄terea quarta filia Clamor.quo q̄s
preter ratiōis regulā furit:in verbaqꝫ prorūpit:qui tametſi
venialis de ſe exiſtat:mortalis tamē fit cum ex ira vel odio
procedit vel cum cōtumeliā aut notabilē iniuriā infert.aut
cū alij etiā huiuſmodi furioſo clamore ſcādaliſantur in cla-
māte:p̄uidēſqꝫ id:nō tamen deſiſtit.Hinc quīta filia cōtu-
melia nūcupatur:qua id quod honori cuiuſpiā aduerſū eſt ī
alicuius notitiā ducit᷑ per ſigna ſcripta vel verba.Hic proxi
mū eſt cōuitiū:dum iniurioſe quiſpiā noīat᷑. Improperiuꝫ
vero:cū iniurioſe datuꝫ exprobat benefitiū. fit aūt mortale
peccatū horū vnūquodqꝫ.Primo ſi contumelie verba:anīo
iniuriādi et dehonorādi dixerit:niſi leuis eſſe ⁊ parū contri
ſtans iniuria et neqꝫ animus eſſet dehoneſtādis.ſed ob cor-
reptionē aut deterritionē a culpa talia dicendi. Tenetur ta
men cōtumelians cōtumeliato vel per ſe vel per aliū ſuppli
care:vti intelligatur remiſſa ab eo iniuria.Hinc ſexta filia
Maledictio eſt.que eſt mali ſub ratione nociui:imprecatio:
quod ſi cum rationis deliberatione fiat mortale exiſtat ſecꝰ
ſi ex impetu vel de re minima.niſi in conſuetudinem duca-
tur.Et tunc ob etiam mortale contemptum efficitur.

Nexo ꝙ ſi aīali maledixerit quiſpiā:in nocumētuꝫ proximi
par mortale exiſtit. Blaſphemia hinc ſeptīa filia eſt.que eſt
quedā excellentis bonitatis alicuius p̄cipue diuīe deo dero
gatio facta dum quicpiā vel intellectu:affectu: vel vtroqꝫ ſi
mul remouet: aut tribuitur deo quod bonitati incongruit:
que derogatio ſi ſit tantū in corde: eſt cordis blaſphemia.ſi
in ore:eſt oris blaſphemia:exiſtens ſemper mortalis:niſi fie
ret ex ſurreptione nec quod diceret aīaduerteret: tunc em̄
veniale exiſteret. Hinc octaua filia bellū. Nona ſeditio nū-
cupatur.quorū primū eſt externoruꝫ:ſecundū ciuiū inter ſe
inordinate cōgredientiū. de quo ſi fouit iniuſtū bellū:vtpote
clericus exiſtēs:aut nō habēs: cauſā legittimaꝫ:ſed ex odio
et ſuperbia:nō interueniēte maiorū autoritate. Iteꝫ ſi par
tialitates mouit:ſi fouit.ſi arma ſubmīſtrauit.ſi ſotietatem
dirupit.pacēqꝫ ſimul habitantiū turbauit. Vltima filia eſt
murmuratio:de qua cōfiteatur.ſi contra deū ob impacietiā
murmurauit deliberate iniuſtū eundē:ob aliquod ei⁹ factū
reputās. Si contra p̄latos:temerarie de eorū factis iudicā
do.et id quidem de ira.

## Caput Undecimum.

De ſeptimo mortali peccato quod Accidia nūcupatur deqꝫ
eius filiabus quomodo et quid confitendum.

Accidia eſt torpor mentis:bona inchoare negligē-
tis.vel triſtitia aggrauās menteꝫ:vt nihil boni ei
agere libeat:de q̄ diſtinguit. quia aut talis triſti-
tia ꝯſiſtit in boni amiſſione:ad ſalutē neceſſarij:⁊ ſic eſt mor
talis:aut in eorū omiſſione que nō ſunt neceſſaria. et ſic eſt
venialis aut deducit ad aliquod mortale vt deſperationē.⁊
ſic iterū eſt mortale. Cōfiteatur ergo quiſquis ad ſaluteꝫ ne
ceſſaria ob accidiā dimittit:nā deliberate id agens mortali-
ter peccat. Sicut et his qui ob mortē amiciſſimi cuiuſpiam
nequit bn̄facere neceſſaria:pariter q̄ ex eadē triſtitia mallet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112352-p0071-7

non eſſe creatus: aut brutū exiſtere: quiqꝫ etiā infirmitatē incidit ex eodē merore: mortale cū extat: niſi id triſtitie vl' melancolie genus: ex dedita opera excutere nequiret. Sunt deniqꝫ et illius accidie filie: prima deſperatio. de qua in de peccatis in ſpiritū ſanctū. Secūda puſillanimitas. ſi deſijt bona facere: ob puſillanimitatē vtpote corrigere fratrē: que correctio: nōnūqꝫ meritorie tamen pretermittitur: cū videlicet locus tempuſqꝫ nō patiūtur et aliquādo cum mortali: cū ob metū amiſſionis tēporalis vl' boni: vl' fauoris relinqt incorrectū proximū: quē pluris diligere debet fortunis tēporalibus. nōnunqꝫ venialiter dimittitur: vt ſi quiſpiā ad corripiendū eſt moroſior: paratus tamen: ſi crederet emendare ſe fratrē poſſe: velle corrigere. In peccato tamē cōmittendo et perſeueranti tantū correctio locū habet cuiuſlibet: ſed in cōmiſſo tranſeūti dūtaxat prelatus: debent autem occulta: occulte corripi. Sed peccantē publice: corā omnibus arguere Tertia filia eſt ocioſitas: que omniū malorū materies eſt dicente Bernhardo eā eſſe oīm cogitationū inutiliū ſentinā Quarta eſt pigritia ſiue torpor: de qua ꝯfiteat̄: ſi tardius debito ad diuina venerit. ſi in eiſdem negligēter ſe habuit. ſi ī exquirenda cōſcientia: ꝓbandiſqꝫ viribus in ſacramēti acceſſu deſes fuerit. Quīta eſt mētis euagatio illicita: qua ob boni operis tediū quiſpiā varia recogitat: vt tediū euitet: hicqꝫ in multiloquiū vaniloquiaqꝫ: ac curioſa audiēda: inſtabiliter deflectitur: vñ ex cogitatu: in cōſenſū: vel etiā tandē in opus peccati migrauit. Vltīa hic filia negligētia eſt de q̄ cōfiteat̄. ſi negligēs fuit in addiſcēdo ſaluti neceſſaria. hoc ē ſi ſciētiā deſiderādorū: credēdorꝫ: vel operandorū: ſeipſo nō didicit: nec quos erudire tēebat̄ erudiuit. ſi offitio lectiōis eruditiōis vel cuiuſpiā alteriꝰ inſtitutꝰ id negligenter obiuit. ſi plures vel paucos vl' rarius vl' crebriꝰ: neglexit has vices neceſſe eſt ꝯfiteat̄. ſi itē in diſcēdo r̄petendo actibuſqꝫ q̇buſlibet negligēs extiterit. ſi in cōfitendo: ſacramēta ſuſcipiēdo. ſi in miſericordie operibus exercēdis. nexo ꝙ ſi quiſpiā ſepiꝰ deli

beraucrit: negligere ꝯfeſſionē: aut alia ſaluti neceſſaria que-
libet harū perfectarū deliberationū ſeorſū peccatū eſt q̄re ⁊
has vices pariter cōfitentē q̄tū poſſibile nūerare oportet.

# Caput Duodecimum.

## De octo beatitudinibus et nouē peccatis alienis.

Abent inter ſe (ꝑ diui Thōe ſentētia) multā affi-
nitatē ꝟtutes: dona: beatitudīes ⁊ fruct⁹: verꝫ hoc
differūt. ꝙ ꝟtutes ſūt hōis: diſpoſitiue: quo a rōe
hūana facili mobilis exiſtat in actus virtuoſos. Dona vero
ciuſmōi diſpoſitiōes ſūt: q̄bus ani⁹ homīs: diuīe motioni fa
cili obſequit̄ ad opera ſupererogatiōis. ⁊ ab his beatitudīes
nō ſicut habitus: ab habitibꝫ: ſed ſicut actus ab habitibꝫ diſ-
cernūtur: q̄ etiā beatitudines: omnes fruct⁹ ſūt. nō aūt oēs
fructus beatitudines: cuꝫ fructuū duodecim a diuo Paulo:
